cțe sunt coordinate. At inter has ipsas ut se habeat, quamplurimæ sunt differentiæ. Versatur autem Chorographia ut plurimū circa quale magis disponentum, quam circa quantum: si quidem ubiq; qualitatis curā gerit, ac non ita cōmensurationis positionum. Geographia autem circa quātum magis, quam circa quale: quandoquidem in omnibus diligentē proportionis constantiarum rationem habet: similitudinis uero usq; ad maximarum partium circumscriptiones, & iuxta figurā ipsam tantum. Vnde illa quidem locorum egit pictura, nemōque eam recte exercabit, nisi uir pingendi gnarus: hęc uero nequaquam, nam per lineas etiam tenues ac denotationes tātum, positiones & uniuersi figuraciones ostendere potest. Quapropter illa quidem haud quaquam mathematico indiget instituto, hic uero pars ea præcipue requiritur. Cōsiderare enim oportet, & totius terræ figurā ac magnitudinem, nec non situm eius ad cōclūm, quib; cognita ipsius pars, quanta sit, & qualis, recensiū possit, insuper & loca eius singula, sub quibus cōstellis sphæræ sita sint parallelis, ex quibus & noctium & dierum magnitudines, & quæ nam stellæ fixæ uerticales sita, & quæ super terram, quęq; sub terra ferantur semper: ac omnia quæ de habitationis ratione connectimus, percipi possunt. Quæ cuncta sublimissimæ ac pulcherrime sunt speculationis, quum humanis deprehensionibus, per Mathematicas rationes ostendi possit, quo pacto cōclūm ipsum natura se habeat, quoniā nobis magna ex parte cōspicuum esse potest. Terra autē per imaginem, quia licet certa sit & maxima, non ta-

men nos circūambit, neq; tota simul,  
neque particulatim ab eisdem hominī  
bus peragri potest.

### ANNOTATIONES IN primum caput.

**D**istinguit author in hoc primo capite Geographiam à Chorographia, assertiū: hanc ab ista differre in tribus. Primo, Geographus describit universaliores orbis terre partes, secundum rectam iustumq; symmetriæ rationem, tam ad se inuicem, quam ad totum terrarum orbem & ambitum. Chorographus uero describit singulas partes diuisim, etiam minutis quasq; puta explicat seorsum pictura certa locum aliquem absque omni comparatione ad alia loca atq; ad totum terre ambitum. Hanc differentiam Ptolemens exprimit exemplo & comparatione artis pictorum, qui in figurandis corporum imaginibus, maiora membra primum lineis suis explicant, uelut caput, brachia, manus, pectus, uentrem, coxa, crura, pedes. Deinde miniora membra illis maioribus contenta, uelut oculum, nasum, &c. suis lineamentis & aptis coloribus representant. Sic etiam geographia maiora loca, uelut celebriores ciuitates, integras provincias & maiora flumina descriptio ne representat. Chorographia uero minima quedam loca, uelut villæ, arces, portus, riuulos, praeterea, saltus, &c. quam similius potest accommodatis coloribus explicare molitus. Altera differentia hec assignatur, quod Chorographus aduerit qualitatem loci, hoc est, accidentia. Geographus autem uersatur circa quantitatem & symmetriam locorum, tum inter se, tum ad totius telluris ambitum. Terrum discrimen est, quod Chorographos necesse est esse pictores, qui singulorum locorum faciem & qualitatem adamassim pictura exprimant. Geographus autem per exiles punctos, quibus loca ciuitatesq; significantur & ipsorum nominum inscriptiones, conatur indicare et eorum situs, atq; totius terrarum orbis figurā. Hinc est, quod chorographia mathematicæ institutionis nihil eget, geographie uero mathematica plurimum est necessaria.

Que nam sine ad Geographiam pre-  
supponenda. Cap. II.

**V**is igit; finis sit eius, qui Geographiam exercere uelit, ac in quo differt à Chorographia, per hec quasi summatum sit nota

tum. Cum uero impreſentianū sit propositum, nostrę habitabilis describere orbem, ut quam maxime cum ueritate cōgruat, necessarium arbitramur præmittere, peregrinationis historiā esse, quę notitiam præstet ad institutionem talem, utpote quę plurimum afferat cognitionis, ex traditione eorum qui prædicti scientia speculatiua, regiones particulatim peragrarunt: quodq; cōside ratio ac traditio hac partim sit geometrica, partim uero superiorum constet obseruatione. Siquidem ad Geometriam spectat, quod per subtilem distantiarum dimensiones locorum inter se positiones reddatur manifeste: ad obseruationem autem superiorum, quod idem fiat per apparentia, ex instrumentis, quibus astra & umbrę obseruātur, quod & perfectius est & certius, alterum autem difficultius, ac illius indigēs ope. Primum enim quin necessarium existat, ut supponatur, secundum utrumque modum, ad quamnam mundi positionem, duorum locorum inquisitorum distantia uergat, (nō enim simpli citer, aut solū hoc scire oportet, quantum locus unus distet ab alio, sed quoniam uersus, hoc est, ut dicere sciamus, num ad septentrionem, aut ortum, siue ad partiliores eorum inclinations terdat) impossibile est, exacte hoc cōsidere, absq; obseruatione, quę per prædicta fit instrumenta, per quę in omnī loco ac tempore facile, & linez meridiane positio ostenditur, et per ipsam igne locorum distantię. Inde & hoc concedi necesse est, dimensionem, quę per numerum sit stadiū, haud quaquam certam nobis iuxta ueritatem præbēre deprehensionem: quoniam raro in uias rectas incidere contingit, propter circuitus uarios, qui & eūtibus & nauigantibus occurtere solent: & quia necesse est, ad rectitudinem inueniēdam, id, quod in uis, tam ex qualitatibus, quam ex quantitatibus redundant, coniecturando tantum, ab integris subtrahere stadijs. In nauigationibus autem uentorum status, qui ut plurimum uires

uires easdem haud seruat, ad dijudicandum penitus norma carent. Insuper licet distatia quaedam inter duo loca emenda exacte cognita fuerit, non ideo tam ratio ipsius ad totius terre ambitum, nec positio, utrum ad æquinoctialem seu polos tendat, patebit. Dimensione uero, que fit per coeli apparitia, certam de singulis his cognitione affert, ostenditque qualisnam circumferentias inueniunt per loca subiecta descripti intercipiat circuli, parallelisque, & meridiani: hoc est, paralleli circumferentias, quæ incident in ter ipsos et æquinoctialem, meridiano rum: illi autem eas, quæ continentur ab ipsis, & æquinoctialis, & parallelorum: ac etiam qualem circumferentiæ duo intercipiat loca, circuli illius, qui in terra maximum scribitur. Nihil denique stadiorum indiget dinumeratione, siue ad rationem earum parti, que a terra sunt, siue ad descriptionis circuitu universum: sufficit enim supponere ambitum telluris in partes quotquot uoluerimus, per totidemque partes ostendere distantias in circulis maximis, super telluris superficie descriptis. Sed forsitan ad diuidendum nostris dimensionibus totum ambitum, aut partes illius in subiecta ac nota interualla hec minus sufficient. Ideo huius rei gratia solus, necesse fuit uiam quandam rectam adaptare circumferentia, que iuxta continentiam similis esset maximo circulo, ac rationem huius sumere ad circulum qui fit ex apparentibus: stadiorum uero numerum, qui sub ipsa continetur, ex dimensione que fit à parte data, siccum multitudinem stadiorum totius ambitus demonstrare. Cum enim ex mathematicis presupponat, continentiam & terræ et maris superficiem, quasi per totas partes esse rotundam, & idem centrum habere cum sphera coelestium: sequitur etiam singulas ipsius incisiones comunes, quæ ex centro in planum, necnon ex dictis emituntur superficiebus, maximos in semetipsis facere circulos, angulosque in ipso plano ad centrū conclusos, similes circulorum in tercipere portiones, distatiarū earum,

que in terra sunt. Ac ideo quantitatē stadiorum, ubi directa fuerint, ex dimensionibus accipi posse: rationem uero quæ ad totum est ambitum ex ipsis quidem nullatenus, propter defectum pertingentem parabolam. A simili autem circumferentia circuli coelestis, recte sumuntur, quoniam ratio illius ad proprium ambitum deprehendi potest, eadem autem fit & à simili parte circa terram, ad circulum in ea maximum.

### In caput secundum annot.

Habet, inquit, geographia sua principia & fundamenta quibus innititur, sine quibus nemo can perfecte scire & acquirere poterit. Potissimum autem antecedens est historia itineraria & literarum monumenta, ab illis quidem tradita, qui plurima loca in terra mariisque certis longitudinum latitudinumque differentijs obseruarunt. Sine litteratione enim & regionum inspectione, nemo potest recte aliquam describere provinciam, quales tamen hodie multi inueniuntur, qui regiones, quas nunquam uiderunt aut peragrarunt presumunt describere, id quod fortassis & auctoripis (ab isto inuidia) imputari potest, qui Germaniam nostram sine ulla obseruatione descriptisse uidetur, cum nec meridiani nec designatae polielevationes locis ipsis respondeant. Declarat consequenter dupliciti esse historiam, unam geometricam alteram meteoroscopiam, & hanc quidem faciliorem & incertiorum, illam uero perfectiorem & infallibilem affirmat. Geometrica per tenuem mensurationem distantiarum, ipsas locorum positiones adiuicem ostendit. Meteoroscopia uero idem per coelitus apparentia, cum astrolabijs & sciotheris instrumentis efficit. Nec satis est scire, quantum hic locus ab illo distiterit, nisi & hoc sciatur, ad quam mundi plagam uergat itineris inclinatio, id quod sine instrumentorum obseruatione haud facile effici potest, que meridianæ lineæ positionem manifestant: qua cognita, expedita distantia atque inclinatum iter facile deprehendi possunt. Addimus tamen & hoc, sine coelestium inspectione posse inueniri lineam meridianam & ex consequenti reliquas plagarum inclinationes, nempe per magnetem, quo hodie passim nautæ & ingeniosiores uiatores utuntur. At polielevatione sine superiorum inspectione habebri nequit. Ceterum meteoroscopia instrumenta,

manifestari distantiarū dimensionem & locorum situs per solis & lune, reliquorumq; syderum, supra quosque ciuitatum & locorum horizontes elevationem, & per alia que in celo considerantur, ut sunt ecclipses, pro quibus deprehendendis uitius astrolabij & scioteris, id est, umbrarum observatorij instrumentis. Collatis cōsequenter duabus historijs, presertim meteoroscopia geometriae, nam per eam reperitur directa duorum quorumq; locorum distantia, & certus eorum ad equinoctialem & polos mundi situs, præterea totus ambitus terre, ipsiusq; ad cognitam duos um locorum distantiam ratio id est ex his praesuppositis, quod maris & terræ una & continua sit superficies, quodq; terra pro maiori parte sphaericæ sit figura, & centrum idem habeat cum centro sphaerarum celestium: deum quod si terra super centro suo plano aliquo secetur, communis seclio sphaericæ superficie terræ & eiusdem plani secantis sit maximus in terra circulus. Hec inquit, per geometricam tantum historiam, seu per solam obscurationem distantiarum itinerum inueniri non possunt.

QUALITER A STADIORVM numero alicuius distantie recte, licet non sub eodem sit meridiano, ambitus terreni stadiorum numeri accipiuntur & econtra.  
Cap. III.

**Q**ui ante nos fuerūt, non solum rectam aliquam distantiam in terra inquirebant, ubi maximi circuli facit circumferentiam, sed eam quoque, que positionem in unius meridiani plano haberet: per Scioterosque obseruabant signa duo, que super uerticem erant distantie, iuxta citi circumferentiam, que sub ipsis intercipiebatur meridianis, quæ similis esset itinere: quumqua hæc singulatim, ut diximus, in plano constituebantur, lineæ rectæ, que per extremitates ad signa, que super uerticem erant, egrediebantur, inter se concurrebant, quia centrum circulorum, commune erat coincidentia signum. Quanta igitur apparet circumferentia, que inter signa erat uerticalia, ac pars esset circuli, qui per polos scribitur, tantam etiam sup-

ponebant in terra distantiam ambitus totius. Vnde si etiam non per polos circulum secundum dimensionem sumpterrimus distantiam, sed a quolibet maximorum, propolitum ostendi potest. Idem nobis patebit, si per instrumentum, quo sublimiora considerantur, elevationes poli in terminis fuerint obseruatae, necnon positione animaduera, quam distantia ad alium habet meridianum. Per quod etiam Meteoroscopium multa alia utilissima facile deprehendere possumus. Sed & quilibet die & nocte iuxta obseruationis locum elevationem poli Borealis omnique hora situm meridionalem, necnon habitudines declinationum ad ipsum, hoc est, quales faciat angulos per uiam descriptus circulus maximus cum meridiano, ad signum quod est super uerticem, per quos similiter quæsitam circumferentiam ex ipso ostendimus Meteoroscopio: & eam quoque que inter duos intercipiunt meridianos, quum alii fuerint, quam equinoctialis paralleli. Ita ut per talē modū si solum distantia una recta in terra fuerit dimissa, totus etiā numerus stadiorū, quos ambitus continet, inueniri possit. Per hęc inde reliquum, necnon aliorum istinierum interualla, etiā sine dimensione cognoscuntur, licet non penitus fuerint recta, neq; sub eodē meridiano aut parallelo constituta dummodo id quod ad omnem inclinationem propriū est, diligent er accipiantur, pariter & terminorum elevationes obseruentur. Rursum etiam per rationem circumferentia, que distantiam extendit ad circulum maximum, stadiorum quoque multitudo à deprehensō totius terræ ambitu facile considerari potest.

In caput tertium annot.

Ostendit Ptolemaeus in hoc capite rationem inveniendi directam distantiam inter duo loca, & primo quidem ponit priscorum geographorum rationem & modum. Deinde super eadem ratione inuestiganda, subiungit generalē quamdam preceptionem, que scilicet consistit in usus cuiusdam

# LIBER I.

enamdam instrumenti meteoroscopij, cuius utilitas  
tem in fine quoq; ponit. Ad inquirendum itaq; sta-  
diorum ambitus terre multitudinem, non tantū sub-  
seruicere

serre sentit, at nostro aīo facile omni hora per  
magnetē deprehenditur linea meridiana. Et quod  
sequitur in textu: Nec non habitudines declinatio-

& his cōsequens, eum qui Cosmographiam tractare uelit, ea loca, que per diligentiores obseruatiōes deprehensa sunt, designationi sue tanquam fundamenta quedam pr̄supponere, que uero ab alijs tradita sunt, his adaptare, quousque positiones eorum inuicem, cum ijs, que prius fuerunt obseruata tanquam traditionibus certiora, potissimum congruant.

In caput nonum annot.

Docet in hoc capite Ptolemaeus in Iustrando orbe aut describenda particulari regione, subiectum in primis aptum fundamentum, & secundum reclam symmetriam ponendaloca, quorum longitudines per defectus solares aut lunares, latitudines uero per organa mathematica inuestigandae sunt. His diligenter obseruatis, licebit deinde connectere & alia loca, quo: um positiones in longitudine & latitudine non tam certa ratio ne sunt deprehensa, atque cum prioribus ac certis illis locis, loca illa posteriora & incerta sic ad aptare, ut eorum in subiecta descriptione positiones, ueris eorum in terra sitibus quam maxime congruant. Ut si imperator aut princeps aliquis euperet ex arte describendam Germaniam, qua: tuor ad minus mathematici essent constituendi, qui meridianos obseruerent occidentalem & orientalem, tempore eclipsis lunaris. Per initium eclipsis, intellige initium totalis deflectionis, & non initium primi in tenebris illapsus, quod tam exacte a planetibus non posset obseruari. Unus itaque obseruat hic Basilea, aliis in Holandia, ubi Rhenus mare ingreditur, & hi limitem occidentalem certissimum designare possent. Alij duo statuendi essent ab ortu Germanie, unus in Vienna Austria & alter in Dantisco aut prop̄e, qui limitem designarent orientalem. Quibus habitis, facile inter media loca subiūcio itinerum & elevationum polarum inscribi possent. Itaque si ueteres talibus obseruationibus suissent usi, idoneam potissimum facere orbis descriptionem. Hipparchus quidem memoratur in paucis ciuitatibus elevationes borealis poli tradidisse, presertim quae sub eisdem iacent parallelis. Quidam alijs post eum & aliqua loca signarunt, que simpliciter sub eisdem statuant meridianis, id quod ex navigationibus in septentrionem aut austrum collegerunt. Non enim eo tempore plures in orbe fuerunt in mathematica edocii, qui simul in diuersis locis lunares obseruarent defec-

tiones, à quibus potissimum regionum petenda est longitude. Aut si fuerint, mutuam sui cognitionem non habuerunt, nec obseruatas deflectiones mutuo communicarunt, sicut postea factum est, quando unus in Arbelis, aliis in Carchedone unam & eadem obseruarunt eclipsim. Vbi notandum Arbelas urbem esse Assyrie, ubi olim Alexander Magnus stravit exercitum Darij, cuius longitudinem Ptolemaeus signat gradus 80. Carchedon uero putatur esse Carthago, cuius longitudinem idē Ptolemaeus signat gradus 35. Subtractis autem 35. gradibus à 80. gradibus, remanent 45. gradus, qui faciunt tria tempora & equinoctialia, id est, tres horas. Alij, tamen per tempora & equinoctialia intelligent gradus equatoris, eo quod revolutione equatoris per raptum primi mobilis, conficiantur anni, mensis, dies, noctes, hora & horarum minutie.

QVOD HISTORIIS NOVISSIMIS magis sit adh̄erendum, propter mutationes, que per tempora accidunt in terra. Cap. V.



Gif descriptionis aggrefio, tali forsitan cōtinetur proposito: uerū quum in omnibus locis, que nō pertinet uel propter magnitudinis excessum, uel quia nō semper eodem se habeant modo, deprehensa sunt, semper unūquodq; tempus historiam tāquā certiore preferre solet: ita etiam in Geographia accidit. Constat enim per ipsas temporum traditiones, multas partes cōtinēti terrę, que à nobis habitaē, nondū propter difficultatem magnitudinis peragrationē ad notitiam peruenisse. Quasdam uero nō tales ac ferū esse, eorū culpa qui historias exceptū fabulosissimas. Nonnullas autē nūc lōge aliter q̄ olim habere, uel propter particulares earū deuastationes, uel etiā immutatiōes. Vnde necesse est, ibi nouissimis tēporibus nostri traditionibus, penitus quasi adhāreamus, obseruātes obiter & historiā antiquā expositionē, necnon pr̄dictorū dijunctionem, ut liquere possit, quid fide dignum, quidue sit erioneum.

In caput quintum annot.

Ostendit hactenus Ptolemaeus quibus cautelis uiri oporteat geographum in regionū descriptione, ut scilicet

ut scilicet locorum distantias in eisdem illam symmetriam & proportionem quam in terra superficie habent tabulis imponat, nunc docet, ut cautus quoque existat in designandis limitibus regionum & satrapiarum seu prouinciarum atque alijs particularibus locis inferendis, accommodans se in temporibus suis, innitensq; ueris historijs & relinquens ea que fabulose a quibusdam traduntur. Et quantum terra semper maneat eadem atque in eadem forma & dispositione, quedam denique regna ac territoria hodie sic se habeant ut olim, nihilominus temporis successu gradus sunt mutationes in ipsis regnis, territorijs, populis & ciuitatibus. Delentur enim nonnunquam regna aut transferuntur, exurguntque noua, sic multe nationes in unam contrahuntur, aut una in plures segregantur, solitudines sunt habitabiles, & habitabilis redigitur in solitudinem. Insignia nemora exciduntur & sunt habitatio hominum, ciuitatesque magna abscentur & oriuntur aliae. Vbi est hodie florentissimum illud Macedonie regnum, ubi Epri regnum, ubi Atheniensium ubi Lacedamoniorum ceterarumq; insignium Graecie ciuitatum imperium? Vbi Carthago, ubi Tyrus, ubi denique Roma cum suo imperio? Et e diuerso uidemus, quomodo solitaria illa, & ut Taciti utar uerbis, squalida & tristis celo Germania, a Ptolemei temporibus creuerit incultissimam terram, innumeras habens regiones, urbes & populos. Sic Sarmatiam Europeanam hodie in plurima uidemus partitam regna, ubi olim uix unum fuisse constat. Nam habet Ungariam, Polonię, Moscouiam, Lithuania, &c. Exortum est quoque post Ptolemei tempora regnum Danie, regnum Norwegie atque Suctie. adiuuentae sunt noue insule, explorata tota Africa, & ut semel dicam, tota facies terra est innovata, aliamq; induit formam. Reclite ergo precipit in hoc capite Ptolemaeus, ut in designandis regnis, & in Satrapiarum circumscribendis terminis atque in collocandis particularibus locis, ut amis eti auctoribus qui nostro tempore uiciniores extiterunt, aduententes, quod illorum scriptum ueritati consentiat, quodq; alienum sit à ueritate.

### DE GEOGRAPHICA MARINI enarratione. Cap. VI.

**V**arinus itaq; Tyrius, nouissimus eorum qui nostro fuerunt tempore, parti huic summo studio incubuisse uideat. Patet enim plurimas eū historias euol-

uisse, ultra eas etiam quæ prioribus cognitæ fuerat temporibus ac scripta se re omniū qui eum præcessere, diligenter percepisse. Quoniam ea quæ minus decenter, tā à prīcis illis, quam à semetipso credita fuerat, decenti primum rectificatione exornauit: quemadmodum ex editionibus ipsius emanationis tabula Geographicæ (nam plures sunt) considerare licet. Proinde, si cerneremus, nihil in ultima sua deesse compositione, possemusq; ex solis modis numeris illis, orbis designationē perficeremus: uerū cū manifeste liqueat, quādā eum cū minus fide digna perceptione collegisse, sapientia p̄terea in descriptionis institutione, nec facilitatis, neq; de dimensionibus debitā curam habuisse: iuste moti sumus, ut uiri huius negotiū susceptū, quantū opere preciū arbitramur, ad rationabiliorē, et utiliorē reduceremus modum. Quod quidem q; succinctius possimus, facere conabimur, considerantes, brevibus nos ea, que ad utrāq; specie conferunt, ratione quadā cōsequi posse. Ac primū quidem ab historia initii faciemus, secundū q; existimat ipse, & lōgitudinem terræ cognitę plus ad orientē, latitudinem uero ad meridiē p̄duci oportere. Deinde forsitan nō inepte totius superficie distatiam, ab ortu occasum usq; longitudinē, eā uero que est ab arcto, meridiē uersus, latitudinē uocabimus. Quoniam & parallelos, iuxtamotū cœlestē, eodē appellabimus nomine. Sed & uniuersaliter quidē distatia malori, recte lōgitudo est attribuenda: siquidē planè hoc ab omnibus concessum est, q; orbis terrarū distatia, ab ortu uersus occasum, longe maior existit, quam ea quæ à septentrione est ad meridiem.

In caput sextum annot.

Fuerunt multi ante Ptolemaeū qui orbis descriptionem parare tentarunt, & id quidem tunc commodius quam hodie efficere potuerunt, quod tunc imperia latissime patarent, & docti apud cunctas nationes etiam barbaras celebres habentur, hodie autem apud Turcicam gentem atque

Tartaram, quæ maiorem orbis occupant partem, nullius sunt precijs, quippe qui i nullas curant disciplinas, nec licet tuto adire eos: non sic olim, quam non ignoramus in profectionibus militari bus, multas suisse descriptas regiones. Itaque inter eos qui ante Ptolemaeū scripserunt, Marinus præ ceteris commendatur, quippe qui diligentius alijs in Geographia scripsit, quanquam scripta illius in quibusdam non careant reprehensione. Nam non nunquam sic semet inuoluit, ut longitudinem pro latitudine & contrâ latitudinem pro longitudine posuerit. Deinde, quod non docuit, quo pacto orbis descriptio fieri in plano debeat, & tertio longitudinem & aliquando latitudinem maiorem fecerit quam ars ipsa exegerit. Hec tria conatur Ptolemaeus corrigeret, idq; in sequentibus libris. De finit præterea in calce huius capituli longitudinem & latitudinem, afferens terræ spaciū, quod ab ortu in occasum porrigitur appellari longitudinem, & quod ab austro in septentrionem uergit uocari latitudinem. Non autem inepte haec pars quæ ab ortu ad occasum uergit uocatur longitudine, nam est multo longior ea parte quæ ab arcto in noib; porrigitur.

Rectificatio distantie latitudinis terræ cognitæ, ex apparentibus secundum Mari num.

Cap. VII.

**P**I M V M igitur latitudinis terminum præsupponit ipse Thylen, sub parallelo, qui borealisimā terra nobis cognitæ partem segregat. Parallelum uero hunc demonstrat ab æquinoctiali distare ad summum partibus oꝝ, qualium est circulus meridianus trecentarum sexaginta: stadijs uero milibus triginta, ac insuper mille quingentis, ita, ut pars una quingenta ferme comprehendat stadia. Deinde Aethiopum regionem quæ uocatur Agisymba, & Prassum, promotorum sub eo ponit parallelo, qui australissimum terræ cognitæ finit terminū, quem etiam sub hyberno ponit tropico: ita ut secundum ipsum, tota orbis latitudo, iunctio tropico hyberno partium fiat octuaginta septem, stadia uero compleat quadraginta & tria milia quingentaa. Quinetiam rationabiliter finem australis demonstrare co-

natur, per apparentia quedam, ut ipse putat, necnon per itinera, quæ & terra & mari historijs sunt prodita: quæ sī gula quasi ex transcurso cōsideranda erunt. Sanè in enumeratione apparentiū, cōpositione sua tertia, ita ait: Zodiacus in zona torrida totus sup ipsam apparet, quapropter in ea transmutantur umbræ ac omnia astra occidunt & oriuntur. Sola autem Vrsa minor tota supra terrā apparere incipit, in borealioribus Ocele, stadijs quinque milibus quingentis. Parallelus enim per Ocem partibus eleuat undecim ac quinta dupli. Ab Hipparcho autem traditur, minoris Vrsæ stellā borealisimā, ultimam autem caudæ, à polo distare partibus duodecim, quintisq; duabus. Porro ijs, inquit, q ab æquinoctiali ad æstiu progreduintur tropicum, polus borealis semp plus supra horizontē attollit, australis uero, plus sub horizonte deprimitur. Qui uero ab æquinoctiali ad brumalem pergit tropicū, ijs polus australis supra horizontē eleuatur, borealis uero sub horizonte megitur. Igitur per hęc solū exponit quæ accidere debet locis, quæ sub æquinoctia lī sunt, uel inter tropicos polita. At qui, si etiā ita se habeat historia, apparentia tamen in locis, æquinoctiali australioribus, nequaquam apposuit, ueluti quāna stelle super uertice fiant, in locis illis, quæ æquinoctiali sunt australiora, aut quātū ad austru declinet umbra meridiang in equinoctijs, utrumque Vrse minoris stellæ omnes oriant & occidunt: ac rursus quēna ex ipsis penitus nō appareat, quū polus australis super horizontē eleuat. In ceteris inde dicit, quedam obseruata esse apparentia, uerū nec illa propositum ullo pacto ostendere possunt. Ait enim eos, qui ex India in Lymiricē nauigāt ( quēadmodū narrat Diodorus Samius in tertio ) Taurum in medio habere cœlo, Pleiades uero secundum antennas medias. Qui uero ex Arabia in Azaniam feruntur, nauigationem dirigere ad meridiē, & stellam Canorum, quæ ibi Equis uocatur,

catur, estq; australissima. Ceterū astra quēdam apud illos apparēt, quæ apud nos ne nominant̄ quidē, Canisq; Antī cane prior oris et Orion ante cōuersio-  
nes astriū totus. Ex his igit̄ stellis ap-  
parentibus, quēdam manifeste ostendit, quænā habitationes æquinoctiali  
sunt borealiores, ueluti Taurus & Pli-  
as, quæ sup uerticē sunt, nam astra h̄c  
æquinoctiali sunt borealiora, quēdam  
aut̄ nihilo magis borealioribus austra-  
liores esse demonstrat. Canobus enim  
apparere potest etiā ijs, q longe astriū  
tropico sunt septentrionaliores. Mul-  
taq; stellæ, quæ semper apud nos sub  
terra sunt, in locis q nobis sunt austra-  
liores, ac etiā ijs qui æquinoctiali sunt  
borealiores, uelut ijs, q circa Meroēm  
habitāt, super terrā sunt. Quēadmodū  
Canobus ipse, qui nobis borealiorib.  
hic minime appetet. Et h̄c quidē me-  
ridionaliores, & nullū aliū, q nobis sit  
incognitus, Equū uocitant. Adiicit &  
ipsem mathematicis ratiōibus deprehen-  
sum esse, Orionem totū ante cōuersio-  
nes astriū apparere, ijs q sub æquino-  
ctiali habitāt. At canis oriti incipit, pri-  
usq; Procanis, ijs qui sub æquinoctiali  
habitāt, & ab ipsis Syenem usq; ita, ut  
nechorū quoq; apparētum peculiare  
existat, ostendere habitationes aliquas,  
æquinoctiali esse australiores.

In caput septimum annot.

Adducit Ptolemaeus in hoc capite erratum Ma-  
rinii, quod de latitudine & latitudine uniuersali  
orbis habitabilis posuit, examinatq; ipsum & emen-  
dat. Latitudinem orbis habitabilis in utrunque  
æquinoctialis partem supputauit Marinus esse gra-  
duum ferè 87. constans que id probare per signa  
celitus apparentia & profectiones itinerarias na-  
vigationesq;. Ptolemaeus uero ista apparentia tas-  
sat, ostenditq; ea esse inefficacia, ad stabiliendum  
propositum Marinii. Nam corum quēdam sunt talia,  
que indicant habitationem aliquam esse, deuia  
antem ab æquinoctiali in boream: nonnulla uero  
talia ut eque septentrionalibus & austrinis, ultra  
æquinoctiale scilicet & citra, habitantibus con-  
gruat, ac locum aliquem cōmonstrent, qui non mi-  
nus septentrionalis quam austrina sit latitudinis.  
Est id magis fiat perfidium, auctor recenset in

litera coelestia illa apparentia, &c. Ocele emp̄o-  
rium est in Arabia felice, in littore mari rubi sub  
parallelo undecim gradibus ab æquatore distan-  
te situm. Ceterum stella ultima caude urse minoris,  
quæ Hipparchus scribu suo aeo dislittisse à po-  
lo partibus duodecim, quintis que duabus, hec no-  
stra etate distat à polo gradibus quatuor & mia-  
nuis nouem. Declinat enim ab æquatore gradibus  
87. & minuis 51. Potest igit̄ tida ursa minor  
nedum in Ocele, uerum & in locis æquatori utri-  
oribus uideri. Limyrica regio est in India, sita in a-  
ter fluvios Pseudostomum & Barium, habens sc̄a  
licet in longitudine gradus 118. & in latitudine  
gradus 15. In ea regione Taurus tenet uerticem  
capitis sicut & Pliades secundum antennam mea-  
diam, id est, mediu navigantium tenent antennam.  
Azania regio est in Aethiopia sub Aegypto, sita  
sub æquatore haud procul à mari rubro. Porro Ca-  
nobus quem nauigantes ex Arabia obseruant, stella  
la est meridionalis prima magnitudinis distans ab  
æquatore gradibus circiter quadragintaue que  
in tota Europa uideri nequit. Nam distat à polo ana-  
tarcticō 41. gradibus: polus autem ille nobis metu-  
gitur 47. gradibus, atque ideo astra multa appa-  
reni habitantibus ultra æquatorem, que apud nos  
ne nominantur quidem. Ceterum quando Ptole-  
maeus dicit canem priorem ōtri anticane, nota-  
dum quod per canem hic intelligitur canis maior,  
qui ab æquatore uersus austrum declinat 16. gra-  
duis. Anticanis uero est canis minor, qui alio nomi-  
nate uocatur Algomeisa, distans ab æquatore uer-  
sus septentrionem gradibus septem. Habitantibus  
ergo ultra æquatorem, canis prior oritur antica-  
ne propter obliquitatem horizonis, & quod duo  
decim gradibus occidentalior est in celo anticane.  
Alij intelligunt per ortus istos egressiones ma-  
tutinas ē radijs solis. Nam Marini iep̄estate astra  
haec erant in taurō & geminis, ideo antequam sol  
cancrum accedaret, mane à radijs egrediebantur,  
nunc uero secus.

Eadem rectificatio ab emensione itine-  
rum. Cap. VIII.



Roinde in itinerū emen-  
sione, dum per terram sin-  
gulatim profectionū cō-  
putat dies, à Leptimagna  
usque ad regionem Agi-  
symbā, hāc æquinoctiali australiorem  
esse stadijs quatuor milibus sexcentis  
octuaginta

octuaginta colligit. Rursusque secundū dies nauigatiōis per mare, à Ptolemaide, quæ est in Troglodytica, ad Prassum promontorium, æquinoctiali id astralis esse colligit, stadijs uiginti & septē milibus octingētis, ita ut et Prassum promontorii, & Agisymbam regionem, quæ Aethiopū est, & quæ, ut ipse dicit, nec dum Aethiopiam ab austrō disternat, ad oppositum eorum producat, qui gelidam inhabitant zonam. Siquidem uiginti septem milia & octingenta stadia, constituant in equinoctiali partes quinquaginta quinque & tertias quinque, quot et ab altera æquinoctialis parte distat, ac sub similis frigiditatis qualitate, Scythæ degunt & Sarmatæ, qui septentrionalia Maeotidis incolunt paludis. Contrahit igitur & ipse numerum expositorū stadiorū in summam dimidio minorem, hoc est, in stadia duodecim milia, quot fermè hyemal is tropicus distat ab æquinoctiali. Addit & cōtractionis huius solummodo diuersiones à ijs rectis, necnō irregularites itinerum causas esse, omis- sis potioribus & propterioribus, ex quibus nō solum diminutio necessaria uidetur, sed etiam ut ad tam paruum redigatur numerū. Primum enim de itinere quo à Garama ad Aethiopiam itur, Septimum Flaccum, ait, qui in Libya militauerat à Garamantibus, ad Aethiopes, quum ad meridiem perrexisset, trium mensium spacio peruenisse: Iulium vero Maternū à Lepti magna, quū Garamates ex Garama Aethiopes in ualissent, mēsibus quatuor ad Agisymbam Aethiopū regionem applicuisse, quū iter semper ad meridiem direxisset, quo in loco Rhinocerotes congregantur. Quæ utraq; etiam perse se incredibilia sunt, et quia Aethiopes intiores, non tantum à Garamatibus segregantur, ut trimestri distent itinere. Quum iam ipsi potius Aethiopes existant, & eundem quem & illi habeant regem. Et quia penitus ridiculū est, incursionem regis cōtra subditos super unam distantiam solam factam fuisse,

nempe à septentrione ad meridiē: quā gentes illæ, utrinque, & ad ortū & occasum latissime extendantur, ac nullibi eū moras relatu dignas fecisse. Quapropter certū est, uiros illos falsa numerū classē, aut sic ad meridiē dixisse, quem admodum indigenæ dicere consueuerunt in Austrum, aut in Aphricū, pro certiori, eo quod magis notum est ab utentes.

In Caput octauum antorat.

Volut Marinus ostendere latitudinem terræ australē terminari sub tropico brumali, conatusq; est id probare duabus projectionibus, una terrestri, alia nauica. sed quam incepte id faciat, luculenter Ptolemaeus in hoc capite ostendit, dum Agisymbam interioris Aethiopie regnum secundum illum computum gelidae subiaceretur zone, hoc est, quinquaginta quinque gradibus distaret ab æquatore. Quod autem gelidae zone secundum hanc dimensionem subiaceretur, patet ex opposito parallelo, qui scilicet quinquaginta quinq; gradibus uersus aquilonē ab æquatore distat, cui subiaceunt Scythæ & palus Maeotica. Si igit; Scythæ & Sarmatæ sub Scytharum parallelo habitantes, gelidam inhabitant zonam, utique & hi qui uersus austrum quinquagesimo quinto subiaceuntur parallelo, gelidam inhabitabunt zonam, habebuntq; similem aeris qualitatem, quam Scythæ memoratæ habent. Pari ratione nauigatio illa reprehēditur, que iuxta Marini assertionem à Ptolemaide Troglodytica ad Prassum promontorium facta est, & terum Leptis magnam in Africa minore inter duas syrtes locum habet, uocaturq; alio nomine Neapolis, habens in longitudine gradus 42. & in latitudine 31. Garama uero est metropolis Garamatuum in Lybia interiori, habens in longitudine gradus 43. & in latitudine 21. distans scilicet decem gradibus à Lepti magna uersus austrum. Ptolemaeus Troglodytica est in Aethiopia sub Aegypto, habens in longitudine gradus 66. & in latitudine 16. Agisymba regio est ultra æquatorem, habens in longitudine gradus triginta duos, & in latitudine decem. Prassum promontorii habet in longitudine gradus 80. et in latitudine meridionali gradus quindecim. Porro cum Marinus absurditatem suam cognouisset, molitus est sic euadere, ut stadiorum multititudinem dimidaret propter itinerum uarios flexus, sed huius uanitatem resellit Ptolemeus.

Eadem

**F A D E M R E C T I F I C A T I O**  
à nauigationibꝫ exactis. Cap. IX.

**P**oste de nauigatione inter Aromata & Raptia, Diogenē quendā ait, qui in Indiā nauigarat, ac secūdo fuerat reuersus, quā prope Aromata, nauigasset à Septētrione arreptū esse: quumq; Troglodyticam à dextra habuisset, diebus uiginti quinq; ad paludes, ex q;bus Nilus fluit applicuisse, quibus Raptorū promoto riū paululū est Australius. Theophilus autē quendā ex ijs, qui in Azaniā nauigare cōsueuerunt, à Raptis soluisse, ac Austris flatu, die uigesimo ad Aromata peruenisse. Verū neuter horum, quot dierū nauigatione illa esset, aperuit, sed Theophilus se die uigesimo illac applicuisse, Diogenes uero dieb. 25. Troglodyticā, prēter nauigasse dixit, solū referentes quot diebus nauigassent, minime aut aduertentes, quot dierū nauigatione illa, propter uentorū in tāto tempore irregularitatē & immutationem esset, neq; utrū tota nauigatione illa ad se pīetrionē, aut meridiē facta fuisset. Vētū Diogenes se tantū septētrione impulsum esse. Theophilus autē solū aistro nauigasse retulit: reliquā autē nauigationē qd eundē semp tenorē seruauerit, neuter dixit. Quod enim naues illę tot diebus, eodem fuerint impulsę uero, haudquaq; est credibile: ac ideo distantia eam, q; Diogenes inter Aromata & paludes, quibus Rapti pmonotorū australius existit, 25. emensus est dieb. Theophilus à Raptis ad Aromata, lōgē maiorē 20. dieb. exegit. Theophilusq; diei ac noctis nauigationem mille esse stadia supposuit: cui rei licet ipse astipulef, ait tamē nauigationem eā, que à Raptis ad Prassum, pmonotorū ac multorū est dierū, 5000. tātum à Diocoro stadiorū supponi: quā facile, ut par est, uēti sub æquinoctiali mutant, ac ideo secūdum ipsum enā solis trāitus ad obliqua celeriores ponit. Ob huc igit magis decuisset, ut relata dierū multitudini, fidē haud regestis. set. Et ideo etiā, qd omniū manifestissi

mū est, qd Aethiopes & Rhinocerotū conuentū ex opposito gelidē cōstituit zone, quā ratio ipsa dictūt om̄ia, que sub eadē aēris qualitate posita sūt esse similia, siue plātē sint, seu animalia, intaricq; similitudines cōlī, que sub eisdē sunt parallelis, aut illis q; æqualiter ab utroq; distat polo. Quapropter Marinus, solū usq; ad tropicū hybernū contraxit distantia, nulla rationabili causa de contractionis quantitate redditā. Quod si quis & dierū numerū & seriē acceptaret peragrationū, quē admodū ipse fecit, hecq; seruaret, quantitatē solū diurnorū stadiorū prater-modū & consuetudinē minoreret, anteq; terminus ad eū perueniret parallelū, ad quē ipse uenire censem oportere. Atqui cōtrariū potius sequi deberet. Nempe ut possibilitati diurnę peregrinatiōis cederetur, tenori autē perpetuo tam iuxta æqualitatē, q; secundū positionē, minime fides adhibere, tanq; impossible existat, ut distantia inquisita p h̄ec accipi ualeat, aut illud solū, qd eo maior sūt at sub æquinoctiali: uerū rectius ab ali quo eorū que manifestius apparēt, deprehēdi potuisset, tale em̄ lōgē fuisset certius, si quis magis mathematicalius cōsiderasset, que regionibus illis accidere solēt. Verū cū historia talia p̄stare nequeat, reliquū est, ut à simpliciorib. pleniū cōsideret rationabile quātitatis ultra æquinoctiale egreditionis. At illa p formas & colores animaliū, que in locis illis sunt, p̄cipi potest. Vnde se quī, parallelū p Agisymbā regionē, que sine cōtrouersia Aethiopū est, nequaq; ad hybernū usq; ptingere tropicū, sed citra æquinoctiale potius terminare, nō enim apud nos in oppositis locis, hoc est, sub tropico estiuo: homines iam Aethiopū colores habēt, neq; Rhinocerotes sunt, aut elephātes, sed in haud multū illis australiorib; modice existunt nigri. Quemadmodū qui intra Syenē triginta habitat schœnis, qualesq; sunt Garamantes, quos Marinus ob hanc causam, nequaq; sub tropico estiuo, neoye eo horealiores, sed

sed prorsus australiores sedes habere, inquit, in locis uero circa Meroē, iam satis colore sunt nigri, & primum Aethiopes meri, ibi cō elephantum ac mirabiliorum animalium pascitur genus.

In Caput nonum annot.

Improbatis terrestribus profectionibus, reprobet hic author maritimas profectiones, ex quibus Marinus putauit finem totius Australis latitudinis subiectum brumali tropico. Vnam harum navigationum dicit Diogenem quendam fecisse ab Aromatis ad Rhaptum promontorium 25. diebus Aquilone spirante, alterum uero dicit Theophilum quendam confecisse à Rhapto ad Aromata 20. diebus austro flante. Sed ex his navigationibus Marinus non potuit certò deprehendere Agisymbæ regionis & Rhapti promontorij recessum seu distantiam ab æquinoctiali, cum non constiterit in quam mundi inclinationem cuiuslibet diei navigatione sola extiterit, neque credendum sit Diogenem eodem semper Aquilone fuisse impulsum, aut Theophilum unico Austri statu reductum. Additur & tertia cuiusdam Diocori à Rhaptis ad Praessum promontorium navigatione, que quinque tantum milium stadiorum supponitur, multis autem diebus impletam ait Marinus ob lentam uentorum spirationem, que sub æquinoctiali solisq; oblique quatione fieri costituit. Siquidem uenti sub æquatore sunt tenues & facile mutabiles, quod solis uitius uapores & exhalationes consumat, in frigidis uero & montuosis locis ex materie multitudine uehementiores statu procreantur, unde costat uelociorem esse navigationem ad æquinoctialem quam ab æquinoctiali. Ex his itaq; navigationum diversitatibus Ptolemaeus infert Marinū non debuisse credere expositarum navigationum diebus, ut eidem moueretur, Praessum promontorium Agisymbamq; regionem brumali subiecta tropico. Subdit proinde Ptolemaeus causam, ob quam Marinus prædictarum navigationum spacia contraxerit usque ad brumalem tropicū. Nam si eas longius ab æquatore mouisset, coactus fuisset assertere, Agisymbam regionem atque Praessum promontorium, in quibus Aethiopes habitant, elephantesque pastuntur & rhinocerotum conuentus existit, gelide zonæ supponi, que sub opposita zona à tropico sci- licet æstiuo in septentrionem uergente, nusquam reperiuntur. Necesse enim uidetur, ut sub oppositis parallelis similes animantes, similiq; plantarum genera pro simili aeris habitudine inueniantur:

tur: Refugiendum ergo est, quando certaratio regionis alicuius habereri nequit, ad habitudines proprietatemq; regionum atque locorum, nempe ad formas & colores hominum atque uaria genera animalium in eisdem locis morantium. Ex his enim conjecturare licet, locorum ac regionum positiones respectu æquatoris. Et in hunc modum probari potest, Agisymbam interiorum Aethiopum regnum, cuiusdam subiecti parallello, qui æquinoctiali propinquior existat quam hyberni tropicus, cui eisdem supponi Aethiopes credere par non est. Nam sub opposito parallello, hoc est, sub æstiuo tropico, non sunt tam nigri homines quam Aethiopes, neque rhinocerotes aut elephantes, sed à Syene uersus æquinoctialem schoenii, id est, suis triginta, & prope Meroē primum excelsenter nigricantes inueniuntur Aethiopes & elephantes. Notandum hic, schoenum triginta continere stadia, quam mensuram Herodotus Parafangem appellat, & est paruum miliare Germanicum. Aromata promontorium & ciuitas est Aethiopia sub Aegypto, habens in longitudine gradus 83. & in latitudine gradus 6. uel, ut infra dicitur, gradus 4. & minuta 15.

### QVOD NON OPORTEAT

Aethiopes supponere meridionaliores, quam sit parallelus oppositus per Meroēm.

Cap. X.



Vapropter bene habet usque huc, id est, Aethiopes usque, quemadmodum nobis traditio histriz de monstruosis, quæ in illis degunt oris explicat, constatq; Agisymbā regionem, et Praessum promontorium, cum ijs quæ eidem subiecti parallello, describendam esse, sub eo fermè, qui ipsi opponitur per Merœm, hoc est, qui ab æquinoctiali meridiem uersus distat partibus æqualibus sedecim ac tertia unā cum duodecima, stadijs uero octo milibus ac ducentis ferè. Ita ut si tota latitudo exactius colligatur, partes sint nouem & septuaginta, tertia unā cum duodecima, uel integræ octuaginta, stadia uero milia quadraginta. Credendum prætereat, distantiam eam, quæ est inter magnam Leptim & Garamam, quemadmodum & Flaccus & Maternus superposuerunt

posuerūt, stadiorū esse quinque milium quadringtonitorum. Siquidem uiginti dies secūdi sunt itineris, plus quam pri mi abbreviati, tam ad meridiem quam ad septentriones, quum primum propter diuersiones dierū sit trīginta: nam & stadiorum numerum dierum unius, cuiusq; eos qui loca illa peragrarūt, se pīssime annotasse ferunt, non solum quia ita commodum, sed & propter questionum distantias necessarium fuit. Proinde quemadmodum de iis magnis & raris dubitare oportet, præcipue ubi distantiae emensæ haud concordant, ita de non magnis, sed sapienti & à multis peragrantibus unanimiter relatis, credere decet.

In caput decimum annos.

Ponit Ptolemeus in hoc capite propriam sententiam super universalis latitudinis termino, quem apud Agisymbam regionem & Prassum promotorum constituit, afferens loca illa non sub tropico brumali poni, sed sub parallelo, qui opponitur parallelo ducto per Meroen, id est, qui distat ab æquinoctiali gradibus 16. & minutis 25. que faciunt stadia octo milia & ducenta. Concludit tandem, universalis cogniti orbis latitudinem non esse 87. graduum aut stadiorum 43500. ut Marinus sentit, sed 80. tantum graduum et stadiorum 40000.

DE IIS QVAE AD LONGITUDINEM ORBIS NON RECETE A MARINO SUNT EXCOGITATA. Cap. XI.

 Gitur ex his nobis plane factum est perspicuum, quantum orbis latitudo extendi possit: longitudi nem uero Marinus contineri facit sub duobus meridianis, qui interualla horaria disternantur quindicim: nobis uero uidetur & ea quoq; distantiae mensuratio plus extendi ad oratum quam oporteat, etenim si hic quoque contractio facta fuerit rationabilis, tota longitududo non integris duodecim interuallis horariis constabit: quum insulæ Fortunatae occidēt alii simo termino constituatur æquales, orientali aut immanissimæ partes Seræ, ac Sinæ, nec non Cattigaræ. Porro in distantia, que

est ab insulis Fortunatis ad Euphratē transitum, per Hieropolim, si parallelus, qui per Rhodum est, obseruetur, quadrabit numerus stadiorum per singula loca ab ipso relatus, nam id ex frē quæti itineris usu cōpertum est. Quinetiam si ex maioribus ratiocinatum fuerit distantias, apparebit, eum in rectificatione illius, quod propter diuerticula & profectionum redūdabat irregularites, debitum aequitatem esse. Sed & in hoc quoq; recte sentit, partē unā qualium est circulus maximus tricentorū sexaginta, quingenta in terra cōstituere stadia, id enim cōfessis dimensionibus cōsonū existit. Circumferentiam aut ipsi similem, paralleli eius, qui per Rhodum transit, hoc est, qui ab æquinoctiali abest partib. trīginta sex, quadringtonentia ferè comprehendere stadia, nam id quod iuxta consentaneam parallelorum rationem superat, quū in exactiori deprehēsione modicum existat, obmittendum est. Ceterum distantiam eā, que à predicto Euphratē transitu, usq; ad turrim est lapideam, ac per ipsum esse colligit schoenorum octogentorum septuaginta sex, stadiorum uero uiginti & sex milium necnon ducentorū octuaginta: eam præterea quā ipse à lapidea turri, usq; ad Seras, quæ Serū est metropolis, uia septimestris, esse, stadiorū aut trīginta sex milii & ducentorum afferit: utrancq; tanquam sub eodem parallelo, secundum institutum nostrum, in debitam cōtrahemus rectificationem. Quandoquidem constat, eum in ambobus itineribus nequaquam minuisse id quod propter diuerticula superabundabat: quin in secundo etiam itinere in eosdem incidisse erores, quibus & in itinere à Garamantibus usq; ad regionem Agisymbam, lapsus est. Nam & ibi quoq; collectū stadiorum numerum mensum quatuor, & dierū quatuordecim plus quam in dimidiam partem cōtrahere fuit coactus. Quum incredibile sit, tam lōgo tempore continuam peregrinationem factā fuisse, ut rationabiliter spaciū b Septem

Septem mēsum attingere potuisset, & multo magis quam in itinere à Garamātibus, nā illud à regionis illius Rege, cum prouidentia, ut par erat, & nō fortuito peragrari potuit, sed et perpetua ibi fuit trāquillitas: uia autem quā est à turri lapidea ad Seras usq; uehementissimis obnoxia est tēpēstatibus. Nam ex ijs, quā ipse supponit parallelis, illis qui per Helleponū & Byzantium trālētū subiecta est. Quapropter multas etiā in eūdo moras accidere necesse fuit. Nam & per negotiatiōis occasiō cognita est. Refert enim Marinus quendā, qui & Titianus uocabatur, uirū Macedonē, ac patre mercator renatū, dimensionē hanc cōscripsisse, licet ipse nunquā ad Seras accessisset, sed solum quosdā illac misisset. At qui et ipse Marinus mercatorū historijs ne quaq; fidem adhibere uidet. Nam Philémonis relationi, qua longitudinē insule Hybernię ab ortu occasum usq; uiginti dierū esse tradidit, haud quaquā astipulat, quoniā uidebat hoc a mercatoribus perceperisse, q̄s mercatura occupatos, ueritatis indagationē haud curare ait: quin sepius distātias arrogāti quadā iactatione augere. Proinde de peregrinatione ista mensū septem, nil aliud memoratu dignum, quam quāta fuerit, ab ijs, qui illam exegerant, relatum esse, monstro simile, ob temporis prolixitatēm esse uidetur.

In caput undecimum annot.

Orbis cognitam longitudinem, quam Marinus posuerat 225. graduum ab insulis fortunatis usq; ad Seras, Ptolemaeus in hoc capite corrigit, contra hīq; totam hāc longitudinem in duodecim horarū interualla, hoc est, in 180. gradus. Interuallum vero quod est à memoratis insulis usque ad Hierapolum urbem iuxta Euphraten sub parallelo Rhodia nositam, dicit recte numeratum a Marino, distas regi ab equatore in septentrionem gradibus 36. Confitit enim interuallum illud breueribus & particularibus locorum distantijs, per stadiorum multitudines ab eodem Marino explicatis. Siquidem particularia illa interualla perpetuis fuerunt peragrat in itineribus. Constat etiam ab eodem Marino suisse obseruatam reclam rationem partium

paralleli per Rhodum, ad similes sectiones meridiani uel æquinoctialis. Nam qualium meridianus circulus existit 360. talium partium unam super terram subiecit stadiorum quingenitorum, similē quoque partis unius circumferentiam in parallelo Rhodiano, qui ab æquatore distat gradibus 36. supposuit protē stadiorum quadrigenitorū. Et si talis peripheria unus gradus pro ratione paralleli per Rhodū ducti ad meridianū collati, a solo sit maior quam 400. stadiorum, hec tamen sua peratio cū sit penē insensibilis, recte uidetur à Marino prætermissa. Post hec Ptolemaeus taxat duas distātias à Marino signatas, quarum una à memoriata Hierapoli usq; ad lapidem turrim complectitur funes 876. seu stadia 26280. altera uero ab eadem turre usq; ad Seram orientis terminum continet uiam septem mensū stadiorum uero 35200. Ceterum turris lapidea est in Sacā regione, poniturq; à Ptolemy in septima Asia tabula.

Emendatio longitudinis terrae cognitae à peregrinatōibus. Cap. XI.

**P**ropter hēc itaq; & quia iter non sub uno sit parallelo, sed turris lapidea posita sit circa eū, q̄ per hyzatiū, Seræ aut magis australes, sub eo, q̄ p Helle pōtū scribit rationabile uisum fuisset, & hic quoq; multitudinē stadiorum, quā ex septemstri collecta est itinere, triginta sex milii ac duce ntorū, minus q̄ in semisemi diminuere. Ceterū in dimidiū, tanq; plenioris deprehensionis gratia tātum cōtrahunt, ita, ut exposita distātia esse cōputet stadiorū decē & octo milium, ac centū, nec nō quartę unius, partitū uero quadraginta quinq; ac quarta una. Etenim absurdū esset, & satis à ratioē alie nū, ut q̄s in utraq; uia tātā supponeret diminutionē, ac in illa ab Garamātib. qā argumenta resisteret, hoc est, p̄ pie differtentias animaliū que per Agiliū bā sunt regionē, ac loca naturalia trascendere nequeūt, ipsius sequeret opiniōnē: in illa tamē uia, que est à turri lapidea, ea quā ratiōi sunt cōsona accepta re nolet, q̄nā ibi nullū tale esset argūmentū, ex q̄ simile qd sequeretur. Sed p̄ totā distātia, siue ea maior existet siue minor, simile esse cōeli qualitatēm contendet,

contenderet, ac si q̄s nequaq; recte per modum philosophie peculiarē coniectare posset, nisi in h̄s, quæ penitus manifesta essent. Proinde distantia prior, ea inquā, quæ ab Euphrate ad lapideā est turrim, octingentorū septuaginta sex schœnorū, propter uiarum diuerticula, ad octingentos schœnos tātum, stadia uero uiginti quatuor milia cōtra hēnda est. Credat enim ei, quod in cōtinuitate illa, & per partes cōmensuras, iamq; peragratas, ueram assequens sit dimensionem, quod uero diuerticula habeat plurima, ex h̄s manifestū est, quæ Marinus ipse supponit. Concedat enim uiam, quæ ab Euphratis traiecit per Hieropolim est ad Tigrim, & inde per Garameos Assyrīę, & medie in Ecbatanas, et portas Caspias, p̄ Parthiāq; in Hecatonpylum, incidere circa parallelum, qui per Rhodium trāsit: namille secundū ipsum etiā per dictas scribis regiones. Viā tamē quæ ab Hecatonpylo in Hyrcaniā ciuitatem ducit ad septētrionem declinare necesse est, quū Hyrcania ciuitas, quodāmodo in medio posita sit parallelī, q̄ p̄ Smyrnam, & eius qui per Hellespōtū est. Quapropter is qui Smyrnā transit, suū per ipsam Hyrcanīę regionē scribens est, q̄ uero p̄ Hellespōtū, p̄ partes australes maris Hyrcani, quæ parū septētrionaliores sunt, q̄ eiusdem nominis ciuitas. Rursum uia ab hac in Margianā Antiochiā per Ariā, primo quidem ab Aria, quæ sub eodē parallelo sita est, q̄ per Caspias trāsit portas, ad meridiē declinat: inde ad Arctos, quū Antiochia illa collocata sit sub parallelo, q̄ per Hellespōtū trāsit, à qua, uia quæ ad Bactra dicit, p̄tendit ad ortū: quæ uero inde sequitur ad ascensum regionis mōtanę Comœdorū ad septētriones. At illa, quæ per montana ipsa est, usq; ad uallem, quæ cāpestria excipit, ad meridiē, cēdit. Siquidē Borealia & occidentalissima mōtanę regionis, ubi est asēcūs, sub eo parallelo ponit, quæ p̄ Byzantū trāsit. Australia aut, & quæ ad ortum uergunt, sub eo qui per

Hellespontum. Quapropter illam tradit reciprocā esse, ita ut modo ad ortum uergat, mox & ad austrum. Inde uiam, quæ ad turrim usq; est lapideā schœnorū quinquaginta ad arctos de clinare par est. Etenim uallem, inquit, ascēdētes lapidea excipit turris, à qua montes qui ad ortum tendunt, monti coniungit lmao, qui à Palimbrois insurgit ad Arctum. Si igitur partibus exaginta, quæ ex uiginti quatuor milibus colliguntē stadiis, quot à turri lapidea usq; ad Seras sunt, partes adiiciantur quadraginta quinq; & quarta, interstūti ab Euphrate ad Seras usq; per Rhodi parallelum partium erit cētum quinq; & quartæ unius. Quinetiam ex h̄s quæ ipse per particularem stadiorū numerum, tanquam sub eodem parallelo supponit colligitur distantia, quæ est à meridiano insularū Fortunatarū usq; ad Sacrum Hispanię promontorium, partium esse duarum & semis. Hinc ad Bætis ostia, & Calpem utrinque pariter partes duas & semissem: quæ uero sequitur ab ostijs Bætis Carrallim usq; Sardinię, partes esse quinque & uiginti. A Carallis autem in Libyānum Sicilię quatuor & semissem: ac inde ap̄ Pachynum tres, rursusque à Pachyno in Tenarum Laconię partes decē. Inde Rhodium octo & quartam, à Rhodo uero ad Iſum undecim cum quarta. Ab Iſo autem ad Euphraten duas ac semissem, ita ut tota hēc distantia partium esse septuaginta duarum colligatur. Lōgitudo uero totius terrę cognitę à meridiano per insulas Fortunatas, usq; ad Seras partium centum 70. septem cum quarta una.

In caput duodecimum annot.

In hoc duodecimo capite Ptolemeus examinat distantiam itineris, quæ est à Lapideaturri usq; ad Seras, quæ Marinus posuerat 36200. stadiorum, inuenitq; eam dūtaxat existere 22625: stadiorū, quæ faciunt gradus 45. & quartam unam, respondentibus scilicet uni gradui stadiis quingentis. Porro iter illud cōficiendum est sub parallelo Byzantino: iter aut quod est à Turri ad Seras, sub parallelo Hellespontio est faciendum. Discutit proinde

**E**tolmæus similitudinem illæ, qua Marinus comparauit uia à Lapidea turri ad eam que à Garamantibus ad Agisymbam regionem porrigitur. Prioris deinde uice distantiæ ab Euphrate ad Lapideam iurrim que subiectum sunum 876 in 800. tatum sunes cogit, siue in stadia 24000. Et iurius contradictorius assignat rationem, nempe particularium iuriu diucricula, que sigillatim enumerat. Postea eadem 24000 stadia conuerit in gradus 60. cedentibus unu gradui sub parallelo Rhodiano stadiis quæ diringentes. Ex quibus tandem inserit, longitudinem inter Euphratem & Scram esse graduum 105. Et quarti Tostremo per particularia locorum interstitia colligi longitudinem à Fortunatis insulis usq; ad Euphratem esse graduum 72. unde conclusu diuinesam cognitæ terre longitudinem esse gradum 177. Et quarti.

#### EADEM EMENDATIO A navigationibus. Cap. XIII.

**P**Roinde quis talē effelon gitudinem etiam cōiecta re possit p̄ interualla, que ipse in nauigatione ponit ab India, usque ad sinum Sinarum & Cattigarorum, si nauigations secundū situationes et irregularitates, nec non positiones cōsideraret, iuxta appropinquationē, adiectionū. Etenim a promontorio, qđ post Colchicū est sinum, Corycū uocat, Argari cum sinū suscipi ait, q; usq; ad Cururā ciuitatē tria milia et quadrageinta contineat stadia: Corym̄q; Curure ciuitatem, quasi a Borea sitam esse. Colligitur ergo transfretationem hanc, si tercia pars iuxta consequens Gāgetici si nus fuerit subducta, duorum milii ac triginta ferè stadiorū, unā cum cursus in aequalitate existere, à quibus si continuitatis gratia iterum pars tertia dempta fuerit, stadia mille trecenta ac quinquaginta fermè deprehendent, iuxta positionē ad Boreā: quod spaciū si ad parallela equinoctialis linea, & tanquam ad Apiliotem traductū fuerit, per diminutionem medieratis cōgruenter intercepto angulo, distantiam, quæ inter duos meridianos est habebimus, et eius quæ per Cory promontorium, & quæ per Cururā est ciuitatē: stadiorum

quidē sexcentorū septuaginta quinq; partis uero unius ferè cum tertia: propterea quod parallelī per loca hæc nū nota dignū a maximo differat circulo. Rursus nauigatio à Curura ciuitate inquit, ad hybernū solis est ortū, Paluras usq; stadiorum nouū milium quadrageantorū quinquaginta: à quibus si ob cursus irregularitatē tertia illā pariter detraxerimus partē, distantiam, quæ ex continuitate conflatur, & quasi uersus Eurum tendit, habebimus, stadiorum, ferè sex milium trecentorum. Porro si ab his quoq; sextam tempserimus partem, ut distantia ad lineā parallelā æquā noctialis redigat, meridianorū quoq; hiū distantia inueniemus, stadiorum esse quinq; milium ducentorum quinquaginta, partium uero decē & semis. Inde uero si in Gangeticum esse ponit, stadiorum decem & nouem milii, nauigationem uero illorū, à Paluris ad Sadam milia tredecim, quasi ad ortum equinoctiale. Quapropter tertia tantū pars spaciū huius, ppter nauigationis irregularitatē detrahenda est, ita ut & horum meridianorū distantia esse relinquat, stadiorū octo milii sexcentorum septuaginta, partiū uero decem & septem cum tertia una. Reliquā uero nauigationē à Sada usq; ad ciuitatē Tamalam stadiorū esse facit triū milii ac quingentorū, quasi ad ortum hybernū: à quibus si iterū tertia deduxerimus partem habebimus cursus cōtinui, stadia duo milia trecenta triginta, & si ob inclinationē ad Eurū sextā etiā dēpserimus partē, expositorū quoq; meridianorum inueniemus distantia, stadiorū esse mille noningentorū & quadraginta, partiū uero trium ferè necō semis & tertię. Deinde trāfretationē à Tamala, ad Chersonesum aureā, stadiorū esse ponit, mille sexcentorum quasi rurus ad ortum hybernū, ita ut si ibi quoq; similes auferant partes, relinquat distantiam meridianorū stadiorū esse noningentorū, partis uero unius, cū quintis quatuor. Distantia autem, quæ à Cory promotorio, ad aureā usq; est Chersonesum

sonesum, partium esse colligatur triginata quatuor cum quintis quatuor.

In caput decimum tertium annot.

Confirmat Ptolemaeus hoc capite atque sequentis upradictam terrae longitudinem, colligens scilicet ex quinque particularibus distantib[us] 34 gradus ac quatuor quintas, hoc est 48 minuta. Colligit autem sic. Deprehensum est ex navigationibus à Cory promontorio usque ad Cururam ciuitatem esse gradum unū & 20. minuta. A Curura ad Paluras gradus decē & minuta 30. Ex Paluris ad Gangeticum sinum gradus 17. et minuta 20. Inde, à Sada scilicet ad Tamalam ciuitatem gradus 3. et minuta 50. A Tamala ad Chersonesum auream gradum unum atq[ue] minuta 48. Quibus omnibus simul aggregatis, prodiit longitudo inter Cory et auream peninsulam, nempe gradus 34. & minuta 47. Est autem Cory promotorium in India intra Gangem, habetq[ue] in longitudine gradus 124. minuta 40. & in latitudine gradus 13. & minuta 40. Vide in decima Asia tabula. In eadem tabula inuenies Palurā ciuitatem, habetq[ue] in longitudine gradus 135. minuta 40. & in latitudine gradus 11. minuta 30. Sadā vero ciuitate inuenies in undecima Asia tabula, in sinu Gangatico, habetq[ue] in longitudine gradus 154. minuta 20. & in latitudine gradus 11. minuta 20. Inuenies deniq[ue] ibi fluvium Tamalam sed non ciuitatem, ac deinde auram Chersonesum.

De navigatione à Chersoneso aurea ad Carrigara. Cap. XIIII.



Aeterū stadiorū numerū eius navigatiōis, quę est ab aurea Chersoneso ad Carrigara, Marinus haud explicat: refert autē Alexander scripsisse terrā inde cōtrariam esse meridiei, et qui iuxta illā nauigant diebus uiginti applicare ad ciuitatem Zabas: à Zabis uero nauigātes ad austrū, magisq[ue] in lxxam, diebus aliquot Carrigara excipere. Adauget igit̄ distantia expositā, dies aliquot pro multis excipiēs: nā propter multitudinē, inquit, eos haud esse cōprehensos numero, qd. ego quidem ridiculū censeo: quis enim dierū numerus infinitus erit, etiā si totius terrę peragrat ambitum cōtineat: aut quid prohibebat Alexāndrū pro quibusdā dicere multos: quę

admodū Dioscoris retulisse, inquit, navigationē à Raptis ad Prassum multorum esse dierū. At quī ratiō abslius est, ut quis dies aliquot pro paucis intelligat, nā talem dicendi modū reprehendere cōsuetum. Verū ne & nos quoque multitudinem aliquā propositam, ad simplices tātū cōiecturas adaptare videamus, assumamus nauigationem à Chersoneso aurea usq[ue] ad Carrigaras ex uiginti dieb. qui ad Zabam, nec nō ex alijs quibusdam qui ad Carrigara sunt cōpositam, quemadmodum & navigatione illa ab Aromatis ad Prassum promotoriū, quę & ipsa ex pari dierit numero uiginti, ad Raptā cōposita est secundū Theophilum, & ex alijs multis, quę secundum Dioscorum sunt ad Prassum, ut & Marinū pariter imitemur, qui dies aliquot cōparat multis. Postquā igit̄ per certas ratiōes, nec nō ex apparentibus ipsis ostendimus Prassum esse sub parallelo, q ab æquinoctiali abest, meridiem uersus partib. sedecim tertia una et duodecima, parallelusq[ue] qui per Aromata trāsit, ab æquinoctiali uersus septentriones partibus distet quatuor & quarta, ita ut si tota distantia, quę ab Aromatis est ad Prassum, in unū cōtrahat, partiuū uiginti & tertiarū duarū esse colligat: forsitan nō inepte totidē ab aureo Chersoneso ad Zabas ponemus, ac inde ad Carrigaram. Porro distantia, quę est ab Chersoneso aurea ad Zabas, imminuere haud oportet, quoniā æquinoctiali parallela existit, & quia regio intermedia meridianō extendit cōtraria: at etiam distantia, quę est à Zabis ad Carrigaram, quia nauigatio uergit ad austrū & ad ortū, cōtrahere decet, ut positionē, quę æquinoctiali est parallela, capiamus. Si itaq[ue] dimidium partium, utriq[ue] attribuamus distantię, propter incertū eorum excessum & a partib. quę à Zabis ad Carrigaram sunt decem cum una tertia, iterū tertiam partem, propter inclinatiōem detraherimus, habebimus distantiam quoque ab aurea Chersoneso ad Carrigaram, positione sua, quasi æquino-

Ciali parallelam, partium decem & septem cum sexta quasi. Atque ostensum est, distantiam à Cory promontorio, usq; ad auream Chersonesum, partium esse triginta quatuor & quatuor quintorum: ita igitur distatia, quæ est à Cory Cattigara usq;, partium ferme quinquaginta duarum esse colligitur. Verum meridianus, qui & per Indi fluminis principia paulo secundū Mar. nun occidentalior est boreali Taprobanes promontorio, qd ex opposito Cory sitū est: at Taprobanus distat à meridiano, q p Batis fluminis est ostia, horatij interstitijs octo, partib. vero centū uiginti, meridianus uero ille q p Batis transit ostia, ab eo q per Fortunatas est insulas, partibus quinq;: ita ut meridianus per Cory à Fortunatis distet insulis paulo plus partib. centum uiginti quinq;: qui uero per Cattigara ab eo, q per Fortunatas transit insulas ad illud idem promontorium paulo plus partib. cētum septuaginta septem, secundum eādem ferme distantiam partium, quæ per Rhodiensem colligunt parallelum. Sed superponatur rōta lōgitudinem usq; ad Sinarū metropolim partium esse integrarum centum octuaginta, horarum uero duodecim, quoniam omnes cōsentiant eam Cattigaris orientaliorē esse, colligent per Rhodiensem lōgitudinē stadia septuaginta duo millia ferme.

In caput decimum quartum annot.

Capite p̄cedenti inuestigauit Ptolemaeus longitudinē inter Cory promontorii et auream Chersonesum intercepīa, hic dēmōstrat quāta sit distatia ab aurea peninsula usq; ad Sinarū metropolim, colligitq; gradus 17. & minuta 10. sumpta uideli et navigatione ab aurea peninsula usq; ad Cattigara, quæ statio est Sinarū habēs in longitudine gradus 177. & in latitudine australi gradus 8. atq; diuidū. Et ut hoc lōgitudinis interuallū clarius pateat, reiecit in epita traditione Marinus, cōparat distāna navigatione duabus alijs, quarū alterā ab Aromatis ad Rhapta, alterā am à Rhaptis usq; ad Praesum promontorii scilicet supra capite 8. dēmonstravit. Hac itaq; comparatione inferit, parallelam equinoctiali longitudinem ab aurea Chersoneso usq; ad Cattigara esse prop̄ gradus 17. & minuta

10. Post hec concludit longitudinis differentiam à Cory promontorio usq; ad auream peninsulam sc̄e gradū 52. atq; uniuersalem cognitam et longitude coniuncte 180. gradus, vel 12. horas am internalla. Porro Zabī ciuitas est India marum, habēs in longitudine gradus 168. minuta 20. & in latitudine septent. gradus 4. min. 45. Aromata emporium, habent in longitudine gradus 83. in latitudine 6.

### DE HIS QVAE IN PARTI culari expositione Marinī diffen- tiāt. Cap. XV.

**I**gitur distantias uniuersaliter in tantum contraximus, & longitudinis ad ortū, & latitudinis ad meridiē, propter causas expositas. Ceterum & particulariter ciuitatum positiones multoties emendatione dignas putamus, in quibus pugnantes, aut non cōsequentes expositiones fecerit, propter cōpositio[n]es diffusas & uarias, diversis editis cōmentarijs, quemadmodum in ijs quæ opposita esse creditur. Nam Tarracone ait ex opposito Iuliz Caesarē sitam esse, meridianū per hanc & montes Pyrenēos scribens, qui tamen non parum Tarracone sunt orientaliores: Pachynumq; Leptimagnū, ac Thegnis Himerā opponit, distatia à Pachyno ad Himerā quasi stadiorū quadrigenitorum collecta: ea uero quæ à Lepti ad Thegnas est, super mille quingētorum, quemadmodum ex ijs patet, quæ Timosthenes scribit: rursusq; Tergestum Rauenē opponi inquit, & ab intimo sinu Adriē, qui iuxta Tiliaemptū est fluuiū Tergestū abesse uersus ortū extiuit stadia quadringenta, Rauenam uero ad hybernū ortū stadijs milie. Similiter Chelidonēas refert Canobō oppositas esse, Acamataq; Papho, Paphū autem Sebennito: uerū distan- tia, quæ ab ipso à Chelidonēis in Acamantam mille stadiorū, necnon quæ à Canobō in Sebennitum, à Timosthe ne ducentorum nonaginta esse ponitur, si sub eisdē iaceret meridianis, longe maior esse deberet, quoniam maioris parallelī subtendit circumferētiam.

Rursus

Rursus Pisam à Ravenna Libonotum versus distare ait stadijs septingentis, per diuisiōē tamē climatum, necnon hōrarijū inter uallorum, Pisam qui dem in tertio interstitio horario ponit, Ravennā uero in quarto, quin & quā Nouimagiū Britānia australius esse dicit miliaribus quinquaginta nouē, Bo realius tamen per climata ostendit. Arthū quoque ordinans sub parallelo, qui per Hellespontū trāsit. Amphipō lū tamen & loca circulecta, super Athū & Strymonis ostia sita, in quarto climate, ac infra Hellespontū ponit. Si miliiter quum Thracia ferē tota sub parallelo qui p̄ Byzantium trāsat posita sit, uniuersas tamen ciuitates eius mediterraneas, in climate qđ supra hūc parallelo est, cōstituit. Quinetā Trapezuntē, inquit, statuemus sub parallelo q̄ per Bizantium trāsat, Sataliacq̄ Armeniē ostendens à Trapezunte abesse meridiē versus, miliaribus sexaginta, secundum tamē parallelorū descriptionem, eū, qui per Byzantium trāsat, per Satalia, & non per Trapezuntē ducit. Sed et Nilum fluuium se ueritati consonum, descripturum inquit, ex quo p̄imum à meridie ad āctos usq̄ Meroē accederet, pariter et Aromatū nauigatiō nem ad paludes, ex quibus Nilus fluit, Aparectia perfici. Verū tamen Aroma ta oriētaliora sunt quā Meroē: nam & Ptolemais ferarū orientalior est, quā Meroē & Nilus, decem dierum itinere aut duodecim: Ptolemaide itē orienta liores existūt angustiæ Adulici sinus, que sunt iuxta Ocylem Chersonesum & Dyren, stadijs tribus milibus quinq̄gentis: illis uero adhuc orientalius est magnorum Aromatū promotorium, stadijs quīnq̄ milibus.

In Caput decimumquintum annot.

Emendata uniuersa cognite terra longitudoē & latitudine, ostēdit in hoc capite Ptolemaeus Mērimū circa particulariū locorū longitūdinem & latitudinem in diversis opusculis, que de Geographia scripsit, diuersa sensisse & plane errose. Nam loca opposita, hoc est, in uno meridianō sita, nonnunquam in unum collocavit parallelam & contrā. Er-

multis autem erroribus eius quosdam producēti in lucem corrigit. Tarragona urbs est Hispania habens in longitudine gradus 16. in latitudine 40. Iulia seu Iol Cesarea urbs est Mauritaniae Cesariensis habens in longitudine gradus 17. & in latitudine 33. Pyrenei uero montes habent in long. ex parte maris mediterranei gradus 20. Pachynus promontorium est Sicilie habens in longit. gradus 40. & in lat. 36. atq; dimidium. Leptis magna est in Africa minore, ut suprā signūimus capite octauo. Himerā est in Sicilia, habetq; in longitudine gradus 37. & lat. totidem. Theane uero sunt in Africā minore, & habent in long. gradus 38. & in lat. gradus ferē 32. Tergestium & Ravennam inuenies in tabula Italie. Canobus est in Aegypto, habens gradus longit. 61. & latit. 31. Chelidonia, scopuli sunt iuxta Lyciam, habentes in longitudine 61. in latitudine 36. Acamas promontorium est in Cypro habens in longitudine 64. & in latitudine 35. Parphus quoque est in Cypro, habens gradus 64. & 35. Sebennitum in Aegypto est. 61. 31. Strymon fluuius est in Macedonia, cuius ostia habent gradus 50. 41. Athus mons est quoque in Macedonia 51. 41. Adulicum sinum inuenies in finu Araz bico, &c.

QVOD EVM LATVERE QVAB  
dam in prouinciarum terminatio  
nibus. Cap. XVI.



Vinetā circa regionūfinē quadam eum latitudine, quemadmodū quum totam Mysiam ab ortu, mari terminat Pontico.

Thraciam uero ab occasu, Mysia superiōri. Quin & Italiam à septentrionibus solum Rhacia finit, ac Norico: sed & Pannoniam à meridie sola Dalmatia, & non etiam Italia terminari scribit.

Sogdianos preterea mediterraneos, et Saccas, à meridie Indiē conterminos esse duos insuper parallelos, & eū qui per Hellespontum transit, & qui per Byzantium, suntq; Imao monte, qui in India septentrionalissimus est Borealis res, nequaquam per dictas scribit gentes sed potius illum, qui per medium Pontem transit.

In Caput decimumsextum annot.

Thracia non est ab occasu Mysia, ut Marinus  
b 4 scripsit

scripsit, sed potius à meridie: nec Italia dūtaxat habet à septentrione Rhetiam, Vindeliciam & Noricum, sed & Pannoniam atque Illyridem, nec Pan nonia habet rātum Dalmatiam à meridie, utrū & Illyridem atq; Liburniam, & sic de reliquis.

## IN QVIBVS IPSE DISSENTIT

ab ijs qui nostro uxuo historijs sunt  
prodita. Cap. XVII.



N his igit & talibus, minus sibijs pī Marinus constituit, siue ob multitudinē & diuersitatē compositionū, siue quia nondum etiam in ultima zditione, uelut ipse dicit, ad tabula descriptionem peruenit: per quā solum climatū horatiorū interstitionū rectificationē facere posuisset. Quodam uero ne nūc quidem presentibus conueniunt relationibus, uelut Sachalitis sinū, ab occasu Syagri promontorij ab ipso positus. Siquidem omnes plane, qui per loca hzē nauigant, unanimiter nobis astipulant, ab ortu Syagri, Sachaliten Arabitē regionem esse, ac eiusdem nominis sinū. Rursusq; Sylla Indiā emporiū, non solum Mareo promontorio occidentalius ab ipso positum est, sed etiam flu mine Indo: quum solum fluuij ostijs, meridionalius esse perhibetur, etiam ab ijs, qui hīste illac nauigant, & qui multo tēpore in locis illis uersati sunt, nec nō ab ijs etiā, qui illinc ad nos applicuere, uocariq; ab indigenis aīt. Timula: à qbus & alia circa Indiā, et eius pūncias, particulatius didicimus, etiā regionis illius interiora, usque ad auream Chersonesum, ac inde ad Cattigaram usq;. Siquidem in hoc cōcordant, nauigationē eorū, qui illac tendunt ad solis ortū esse, rursusq; inde redeuntis ad occasum: pariterq; cōsentiant nauigationis tēpus irregulare & inordina tū existere. Quodq; ultra Sinas, Serū, faceat regio, & metropolis, ac qd his orientalior terra sit incognita, stagna habens paludosa, in quibus calamina scuntur magni, et ita cōpacti, ut homines illi cū ijs trāsferrete soleant. Et qd

nō solum inde ad Bactrā iter sit per tur rim lapideā, sed & in Indiā quoq; per Palimbothra: uia autē, quā à dinarum Metropoli ad portū est Cattigarā, & calūm uersus ad meridiem tendit, qua propter nequaquam in eum cadit meridianū, qui per Sinas est & Cattigarā, ut Marinus refert, sed in aliquem, qui orientalior existet. Porro & a mercatoribus, qui ab Arabia felici, ad Aromata & Azaniā, necnon Rapta nauigant (quā cuncta proprie Barbaria uocantur) certiores reddūtur, nauigationem illam non exacte ad meridiem esse, sed hāc quidem ad occasum & meridiem: ea uero transfrētatio, quā à Raptis ad Prassum est, ad ortū & meridiem. Paludes quoq; ex quibus Nilus fluit, nō esse iuxta mare, sed multo interiores, ordinē littore Aromatum, & à Sinis ad Raptum promontorium alium esse quam Marinus retulerit: ex nauigatione quoq; ibi, diei unius, ac noctis, nō multa colligi stadia, ob mutationē ventorum sub æquinoctiali uelocem, sed ad summū, stadia quadrinēta, aut quingenta. Primum autem sinū cōtinuum esse Aromatis, in quo post unius diei iter ab Aromatis Pano esse uicum, Opponemq; emporiū à uico distare itinere dierum sex: post hoc quoque emporium, alium coiungi sinū, principium Azanię, in cuius principio Zingina esse promontorium, & Phalangida montem tricipitem: solumq; sinū hūc uocari Apocota, quiduobus transfrētari possit diebus & noctibus: postea parvum sequi littus, in transitu distantiarū trium, & aliud quoq; quod Magnū littus appellatur, distantiarum quinque, quā distantiæ ambae pariter diebus ac noctibus quatuor enauigari possint: his quoque coiungi alium sinū, in quo emporium sit, quod uocatur Estima, post nauigationem dierum duorum & noctium. Inde Serapionis portum nauigationē diei unius, postea sinū auspicari, qui ad Raptā ducit, trium dierum & noctium trāsfretationem habentem, iuxta cuius principia emporium

temporū esse, quod vocat Nici: apud Raptum uero promotorium, fluuium Raptū ac Metropolim nominis eiusdem, parum distantem à mari, quod uero à Raptis ad Prassum usque est promotorium sinum esse maximum, non tamen profundum, circum quem Barbari habitent Antropophagi.

In Caput decimum septimum annot.

Repetit Ptolemeus obiter in hoc capite, ea que mox precedentibus duobus capitibus tractantur. Deinde ostendit Marinum dissentire historijs & enarrationibus nauigationis, quas sui temporis exploratores tradiderunt, præsertim de ijs que sunt per indicū littus usq; ad Serā metropolim Serū, & inde usq; ad terram incognitam. Exploratores illi fuerunt mercatores & nautae Arabie felicis trahentes in Indiam, & item navaientes ab Aromatis uersus meridiem ad Prassum promontorium. Syagrus promontorium in Arabia felice est, habens gradus longit. 90. & latitud. 14. Sachalitis uero sinus habet in longitudine gradus 88. & in latitud. 18. Marcū & Simylla sunt in decima Asie tabula, primum habet in long. 111. & in lat. 17. Simylla uero habet gradus 110. & 15. Chersonesus aures est in undec. Asie tabula, subiacens aequator. Cattigare in minimis supra capite 14. Sinū regionem inuenies in undec. Asie tabula. De Serā Serum metropolihabes in octaua Asie tabula. Porro turris lapidea est in Saca regione, in septima scia licet Asie tabula. Et Palimbothra est in decima Asie tabula, sita iuxta Gangem, & habens in longitud. gradus 143. in lat. 27. Situm Aromati ostendimus cap. 14. Et Azanī regionis locum inuenies supra cap. 7. De Rapo & Prasso promontorio diximus capite 9. De Panico, Oppone empario & Zingina promont. scribit Ptolemeus tabula Africe 4. habentq; situm in sinu Barbarico. Nec multū distat mons Phalangis, habens in long. gradus 80. & in latitud. 3. Describuntur ibidem & reliqua loca quæ hic commemorantur, nempe Apocata, Efina, Serapionis portus, &c.

QVAM SINT INVILES MARINI COMPOSITIONES AD DESIGNATIONEM ORBIS.  
Cap. XVIII.



Vx igitur cognitionē aliquā ab ipsa historia sequi debet, hucusq; annotata sint, ueruntamen ne quibusdā cōtentione

potius quam emendationē suscepisse videamus, singula nobis per enarrationem particularē manifesta erunt: nunc uero restat, ut ea quæ ad descriptionis pertinent aggressionē, consideremus. Proinde quā duplex illius sit modus: primus qui orbis dispositionem in parte sphærice superficie designat: secundus uero qui in piano: anibobus id cōvenit, ut proponatur quādam operis facilitas: hoc est, ut ostendatur, quoniam modo, etiam si nullum propositum sit exemplar, ex sola ea, quæ per commentaria traditur doctrina descriptionem, quātum fieri potest commodissime facere possimus. Etenim traductio assida à prioribus exemplaribus ad posteriora, propter uariationē parvam, mutationes admodum dissimiles in rem hanc egregiam inducere solet: modus uero ille, qui per commentaria traditur, si non sufficiens ad demonstrationem expositionis esse cōtingit, impossibile erit his, qui exemplari carrent, rite consequi propositum. Quod & nunc quā plurimis euenisce uides, in tabula, quam Martinus compo- suit. quā enim exemplaria ultimæ eius editionis assidue nequivere, sed solum ex commentarijs rem ruditer & quasi per cōiecturam aggressi sunt, in plurimis quæ confessæ sunt collectionis errauerunt, propter ineptitudinem & confusionem institutionis, quādmodum unicuique experto considerare licet. Quum enim ad singula loca designanda necesse sit, & longitudinis, & latitudinis positionem habere, ei qui illa debito ordine collocare uelit, non tamen confestim quis eam in compositionibus inueniet, sed separatim: hic enim latitudines tantum deprehēdet, ueluti in positione parallelorum: alibi autem longitudines solum quemadmodum in meridianorum designatione. Ut plurimum tamen utraque hæc in eisdem commentarijs haud inueniet, sed in alijs quidē parallelī describūtur, in alijs uero meridianis: ita ut tales in positionibus semper alterius ope indigantur.

geant, penitusq; ad considerationem, quo loco cōstituēta sint singula omni um opus sit euolutione commentario rum: quoniā in omnibus aliter de eis dem dicitur. Et si non inquirimus, quæ secundum quālibet speciem, de eodem exposita sunt loco, illa nos latebūt, ab errabimurq; in multis, quibus uero ob seruatio cōtingere deberet. Proinde in ciuitatū dispositione, littorales aliquis facilius describere posset, si penitus ordinem quendā in ipsis obseruaret: mediterraneas uero non ita, quum nulla adhuc habitudo, sive inter ipsas inuicem, sive ad littorales illas sit signata, præterquam in paucis, in quibus evenit, ut nonnunquam longitudinis meta, aliquando uero latitudinis locus sit definitus.

#### In Caput decimum octauum annot.

Noluit Ptolemeus omnes Marini erratus hic corrigeri, qui penè infiniti sunt, ne uideretur magis edidisse opusculorum eius inueniū quām correctionem, cum in particularibus enarrationibus commode occurserint castigandi. Reprehenditur deinde Marinus de incpta locorum descriptione, tam sphaerica quām plana, præserum quod descriptionis in plano nullam idoneam tradiderit preceptionē. Eanamq; quā tradidit tam obscura est, ut iuxta eam difficile sit ueram orbis in plano instituire descriptionem, que orbis representet secundum longum & latum simulacrum. Deinde laboriosum est & erroris facile obnoxium, sine preceptione ex antiquis exemplaribus etiā recte descriptis, nouas transferre descriptiones, & ab archetypo non ab errare. Accusat postremo Marinus ab auctore, quod lōngitudines locorū perperā tradiderit. Nam alibi longitudines per horaria interualla & meridianos, & in alio tractatu latitudines per climata & parallelos descripti, ut difficile sit ex his diuersis radicibus disponere orbis loca in superficie sphaerica aut plana, nisi prius hanc diuersitatem ad unam redegeris denominationem.

De cōmoditate enarrationis nostræ ad designationem orbis. Cap. XIX.

Vapropter duplē nos laborem suscipimus. Primum ut uiri opinionem per totā obseruemus cōpositionem, præterquam



in ijs, quibus rectificatio quādam contigit. Deinde ut ea quæ ab ipso manifesta non sunt facta, per historias moderniores, uel ordinē tabularū magis accuratarū quām commodissime apriemus, quo descriptio debitum suum assequi possit decorum. Quinetiam facilioris modi gessimus curam. Nam super omnes prouincias singulatim proprias circumscriptiones, qualesq; tam secundum longitudinem quām latitudinem positiones habeat diligenter ordinauimus, ac insuper potissimum genitum, qua in illis degūt, ad inuicem habitudines, necnon insigniorū urbium, ac fluminū, sinuumq; & montū, ac aliorum, qua in orbis tabulā incidere possunt, exactas distātias: hoc est, quot distat partibus, qualium est circulus maximus trecentarum sexaginta: secundum longitudinem quidem, meridianus per locum scriptus, ab eo qui occidentalem finem terminat super æquinoctiali: secundum latitudinem uero per eundem locum scriptus parallelus ab equinoctiali super meridianō. Sic enim confessim uniuscuiusque loci positionem cognoscere poterimus, necnon per diligentiam locorum particularium, prouinciarum etiam inter se habitudinem, ac ad totum denique orbem.

#### In Caput decimum nonum annot.

Afferit hic auctor, se emendasse Geographiam Marini, subiisseque duplē laborem. Unus fuit, quo discurrit ea que non satis emendata uidetur, ab illis que recte castigationis censuram suarant affectata. Alter, quod decenti emendatione uerisificatis locorum positionibus, adscripti numeros longitudinis ac latitudinis, ut scilicet loca ipsa in tabulis & terrarum descriptione certius diffonarentur, aptioraq; fierent ad inscribendum. Narrat preterea Ptolemeus quod prouincijs singulis suos terminos, quibus ad quatuor mundi plagas clauduntur assignavit. Postremo dicit, quod in sequentibus sue geographicis libris, qui Marini uolumen emendatio existit, celebriorum ciuitatum, fluminum, sinuum & montium positiones, tam in longitude quām in latitudine exactiores tradiderit quām Marinus ipse.

De mensurazione incoemia tabula Geographica a Marino cōposita. Cap. X X.

**N**on autem designatio propriū qd habet. Nam descriptio in sphera fienda, ex semetipsa similitudinem retinet figuræ teræ, nulliusq; alterius ad opus hoc indiget artificio: non facile tamen magnitudinem præbet, quæ suscipere possit multa, quæ necessario suo collocanda sunt loco, neque descriptionem, ut unicō momento cerni ualeat, toti figuræ adaptare potest: sed alterum ad alterius designationē transferre necesse existit: hoc est, aut uisum ait spharā: quo rum neutrū descriptioni, quæ in plāno fit accidit, sed modum quendam ad similitudinem sphericæ imaginis inquit, ut distātias, quæ in ea statuēde sunt, quam maxime commensuratas faciat, ac secundum eam apparentiam, quæ cum uera conueniat. Quod Marinus scientię haudquaquā fortuitæ esse censuit, penitusq; omnes descriptionū planarū modos reprehēdit: nihilominus tamen eo ipse usus esse uidetur, qui ex omnibus minime, cōmensuratas faciat distātias: nam pro cunctis circulorum, necnon parallelorū & meridianorū līneis, rectas substituit, ac etiam meridia norum æquidistantes inuicem, similes parallelis: solum autem parallelum, qui per Rhodium est, obseruauit meridianō commensuratum, secundum similitudinē in sphera, circūferentiarum sesquiā quartam ferè rationem, circuli magni ad parallelum, qui ab æquinoctiis distat partibus triginta sex. Aliorū autem nullam curam gessisse uidetur, neque symmetrię, neque sphericę designationis gratia. Primum enim constituto uisu, ad medium borealis quadratis sphera, in quo maxima pars orbis describitur, meridiani rectarum linearum imaginationem præbere possunt, quum unusquisque ex reuolutione contrarius statuitur, caditque plānum ipsius per uerticem uisus: uerum non ita parallelū ppter abscessum poli

borealis, circulorum autem segmenta manifeste ostendunt cōuexitates suas ad meridiē cōuertere. Præterea quamuis secundum ueritatem pariter & imaginationē idem meridiani similes quidem, inæquales tamen circumferentias in parallelis secundum magnitudinem differētibus, intercipiāt, ac semper maiores, in ijs, qui æquinoctiali sunt proximiores, Marinus tamen omnes facit æquales: distantias autē climatum, quæ borealiora sunt, quam parallelus, qui per Rhodū transit, plusquā ueritas patitur extēdit. Eas uero quæ australiores sunt in minus contrahit, ita, ut ille iam non amplius stadiorum numero, qui ab ipso positus est congruant: sed sub æquinoctiali quinta potissimum eorum parte deficiant, quota & parallelus, qui per Rhodū est, deficit ab æquinoctiali. Distātias autem quæ sunt sub parallelo, qui per Thylem trāsit, quadruplici sua quinta adauget, quot & parallelus per Rhodū excellit illū, qui per Thylem transit. Parallelus enim, qui per Rhodium scribitur, ab æquinoctiali distat partibus triginta sex, talium ferè est nonaginta trium, qualium æquinoctialis uel meridianus centum & quindecim: qui uero ab æquinoctia li distat partibus sexaginta tribus, scribiturq; per Thylem, prædictarū æquinoctialis aut meridiani partiū est quinquaginta duarum.

In caput uigesimalium annorū.

In hoc capite Marinus reprobatur de inepta orbis in plāno descriptione, proponiturq; duplex habitabilis orbis figuratio: una quæ fit in sphærica superficie, & hec non est admodum artificiosa, quanquam non facile tante magnitudinis sphera fabricari posbit, cuius superficies contineat omnia, quæ necessario ponenda sunt in ea. Neque etiā unico intuitu, noster aspectus omnes sphericę descriptionis partes ualeat comprehendere, nisi uel aspectus uel sphera ipsa circuagatur. Quæ uero in plāna superficie fit orbis figuratio, manens immota cūctas sui partes nostro offert aspectum. Et quidē Marinus in suis commentarijs consatus est tradere præceptionem, qua tale orbis simulacrum formati posset simile & conforme sphericę descriptionē,

sed

sed minime iustum attigit scopum. Nam distantias posuit improportionatas, constitutus scilicet pro omnibus parallelis & meridianis, qui in sphera circuli sunt, rectas lineas, & faciens meridianis parallelos penè eales. Parallelum tamen per Rhodium solum meridiano cōmensuratum seruavit, qui proportionem sesquiquartam tenet ad equatorem. Aliorum autem parallelorū nullus ei curae fuit. Si quidem parallelī in tabula per rectas descripti līneās, eorum parallelorum qui in sphera scribuntur similitudinem non exprimunt. Nam affectu consti-  
tuto inter polum mundi borealem & equinoctialem omnes parallelī apparet curue quedam līneās, quarum conuexitates ob poli extollentiam in meridiem uergunt. Errauit deinde Marinus in designa-  
tione sphaciorū que cōsurgunt ex cancellatione me-  
ridianorū & parallelorū, que maiora quam de-  
buit fecit ultra Rhodum parallelū uersus septentrio-  
nem, & minora uersus æquatorē.

### QVAENAM OBSERVANDA sunt in designatione sienda in plano.

Cap. XXI.

**Q**apropter bene ob hæc erit, ut lineæ quæ pro meridianis ponentur rectæ seruētur: quæ uero parallelis, ut in circulorū seg-  
mentis per unum & idem centrum scri-  
bantur: à quo per suppositum borea-  
lem polum meridionales rectas lineas  
ducere oportebit, quo præ omnibus si-  
militudo secundum habitudinē ipsam,  
& forma sphericæ seruetur superficie: ita tamē ut meridiani absq; declinatio-  
ne ad parallelos remaneat, ac etiam in  
communem illum polum coincidant.  
Cæterum, quum possibile haud sit, ut  
per omnes parallelos proportio serue-  
tur ad spharam, satis erit ut hoc in eo,  
qui per Thylem est, ac in æquinoctiali  
obseruetur, quo latera, quæ latitudinē  
secundū nos cōpleteunt, ueris siant  
cōmensurabilia. Qui uero per Rhodū  
scribitur, super quo in distantijs longi-  
tudinis plurime factæ sunt indagatio-  
nes, per diuisionē proportionis ad me-  
ridianū, ueluti Marinus fecit, designa-  
ti debet: hoc est, iuxta sesquiquartam  
ferè, similiū circumferentiarum ratio-

nem, quo magis nota orbis longitudo  
recte cum latitudinis mensura conue-  
niat. Huius uero instructionis modum  
deinceps manifestū reddemus, quum  
exponemus, quo pacto in sphera de-  
scriptio fieri debeat.

In caput uigesimumprimum annot.

Commemorat in hoc capite author modū quen-  
dam, secundū quem in plano orbis fiat descriptio,  
nempe si pro meridianis recte trahātur lineæ, pro  
parallelis uero, circulorum describantur segmenta  
super uno eodemq; centro. Huius tamen plane de-  
scriptionis pleniorem instructionem pollicetur ina-  
fras traditurum, capite scilicet ultimo.

### QUALITER OPORETE AT

orbem in sphera describere.

Cap. XXII.

**M**agnitudinē igitur sphæræ, aut multitudine locorū de-  
signandorum, inueniō pre-  
parantis discerneret, quo fir-  
mitudinem habeat simul & decorē:  
quanto enim hæc plus augetur, tanto  
etia descriptio, sinceror pariter & ma-  
nifestior fieri poterit. Quātacunq; igi-  
tur fuerit, poli ipsius sumatur, accura-  
teq; eis semicirculū adaptēmus, qui pa-  
rum & nisi tātum à superficie distet, ut  
illam in evolutione non atterat. Semi-  
circulus uero tenuis sit, ne multa obum-  
bret loca. Alterū uero latus examus-  
sim per ipsa signa, quæ per polos tran-  
seūt, habeat extensem, ut per illud me-  
ridianos scribamus: quod & in cētum  
octuaginta diuidemus particulas, nu-  
meroscq; assignabimus, & à media, quæ  
per æquinoctialē futura erit sectione,  
initiū faciētes. Similiter & æquinoctia-  
lem descriptentes, alterum illius semi-  
circulum in æquas centū & octuagin-  
ta diuidemus partes: huiuscq; numeri  
principiū ab illius fine inchoabimus,  
per quem & occidentalissimum descri-  
bemus meridianum. Descriptionem  
autē longitudinis & latitudinis, ex com-  
mentarijs, in quibus annotationes sunt par-  
tes, secundum unumquemque locum  
signatum faciemus, necnō à diuisioni-  
bus semicirculorum æquinoctialis, &  
mobilis

mobilis meridiani: huncq; ad ostēsam longitudinis partē circūferemus, hoc est, ad numerum qui æquinoctialis cōtinet sectionē, latitudinis uero distan- tiam, ab æquinoctiali, ex ipsa meridia ni diuisione sumemus, & iuxta numerum ostensum, signationem ponemus eodem modo, quo & in locatione stel larum super sphāram solidam. Simili ter & meridianos scribere licebit, per tot longitudinis partes, quot uoluerimus, pro norma utentes latere circuli diuisi. Parallellos autem per tot partes scribere poterimus, quot distātiarum erit cōmensuratio, si signū illud, quod eos describit (numero peculiarē distan tiam lateris signante) apponamus, cir cumferamusq; cum ipso circulo usque ad meridianos, qui terminos cognitæ telluris segregant.

In Caput uigintium secundum annot.

Docetur in hoc capite, quo pacto sphāra paraxi debeat pro inscribenda cogniti orbis habitatio ne. Et cum Ptolemei temporibus non totus habitatus orbis, sed medius dumtaxat exploratus fuerit, ipse in hoc capite hemisphārium tantum depinge re docet, sed quo ingenio & tota sphāra facile de scribi potest. Porro quanto huius sphāre corpus maius fuerit, tanto plura loca, montes, fluvij & gen es suis nominibus inscribi possunt. In primis autē signari debent in oppositis locis duo poli: & deinde in his signi debet semicirculus mobilis ex ære aut alia firma materia factus, cuius ministerio & equator cum parallelis & meridiani circuli inscriban tur. Parallelī facile inscribentur, si ille arcus semicirculus à polo in polum diuidatur in 180. partēs numeriq; singulis adscribantur diuisionib; initio signationis facto apud equatorem. Is deinde semicirculus circumductus, offendit in diuisionum punctis peripherias parallelorum. Meridiani uero hoc pacto sunt inscribendi. Semicirculus equatoris diuidendus est in 180. partes, initio sumpto ab occa su. Deinde semicirculus mobilis ducatur ad singula las equatoris diuisiones, trahanturq; linea à polo in polum ad latus semicirculi, ad angulos rectos pa rallellos intersecantes. Reliqua patent ex textu.

## EXPOSITIO MERIDIA

norum & parallelorum qui descri ptionis lune apponendi.

Cap. XXIII.



Roinde isti interstitia horaria complectētur duos decim, demonstratis con sequenter. Scribatur autem parallelus, qui australiorem terminat plagam, ut tantum distet ab æquinoctiali, meridiem uersus, quantum parallelus per Meroēm uersus septentriones. Ceterū meridianos per tertiam partem unius horæ æquinoctialis scribi debere, commensurabile nobis uisum fuit, hoc est, p; particulas quinque earū quæ in æquinoctiali cōprie hēs sunt: parallelos autē qui æquinoctiali sunt borealiores ita. Primum quidem, ut ab ipso per quartam unius horæ differat, ac secundum meridianum, quemadmodum demon strationes lineares ferè subjiciunt, partibus distet quatuor & una quarta. Secundum, ut per dimidium horæ unius differat, pariter que distet partibus octo & dimidia. Tertium, ut per horā dimidiā & quartam horæ unius differat, partibus uero distet duodecim semisse. Quartum, ut per horā differat unam, distetq; partibus sedecim ac dimidia, scriptumq; per Meroēm. Quintum, ut differat per horam unam & quartam, ac distet partibus uiginti, quarta una. Sextum uero & sub æstu tropico, ut per horam unam & dimidiā differat, distetq; partibus 23. dimidia & tertia, scriptumq; per Syenem. Septimum, ut hora una ac dimidia nec non quarta differat, ac partibus distet 27. & una quarta. Octauum, ut horis differat duabus, distet uero partibus 30. cum tertia. Nonum uero, ut differat horis duabus cū quarta, distetq; partibus 33. et tertia. Decimum, ut horis duabus & dimidiā differat ac distet partibus 36. & una duodecima, scriptumq; per Rhodum.

c Vnde

Vndeclitum, ut differat horis duabus cum dimidia & quarta, distetq; partibus 38. cum dimidia ac duodecima.

Duodeclitum, ut horis differat tribus, ac distet partibus 40. dimidia, tertia & duodecima.

Decimumtertium, ut differat horis tribus cum quarta, distetq; partibus 43. & duodecima.

Decimum quartū uero, ut differat per horas tres cum dimidia, ac partibus distet 45.

Decimumquintū, ut horis differat quatuor distetque partibus 48. dimidia & duodecima.

Decimū sextū, ut differat horis quatuor & dimidia ac distet part. 51. & dim.

Decimumseptimum, ut quinque differat horis, distetq; partibus 54.

Decimumoctauum, ut differat horis quinque cum dimidia, ac distet partibus 56. & una sexta.

Decimumnonum, ut sex differat horis, distetq; partibus 58.

Vigesimum uero, ut horis differat septem, ac distet partibus 61.

Vigesimumprimum, ut per octo differat horas, distetq; gradibus 63, ac scriptum per Thylem.

Scribetur & alius ad meridiē ab equinoctiali, qui hora dimidiae continet differentiam, qui & per Raptum promontorium & Cattigaram trāsibit loca oppositione sua fere equalia, ac distet ab æquinoctiali partibus octo dimidia.

In Caput uigesimumtertium annot.

Meridiani inquit isti, de quibus præcedentibus

pote dictum est, complectentur 12. spacia horaria, id quod patet, si 180. gradus diuiseris per quindecim. Nam 15. gradus longitudinis efficiunt unam horam, quod ex demonstratis consequitur. Scriptis itaque meridianis signandi sunt parallel. Extremus autem uersus meridiem parallelus, qui cognitam terminat terram, tantum distat ab equinoctiali, quantum parallelus per Meroen uersus septentrionem. Nostro uero euo, quando tota Africa & littora eius cognita habentur, plures uersus meridiem statuendi sunt paralleli quam Ptolemaeus signauerit. Notandum hic clima differre à parallelo, quia clima est spaciū terre inter duos parallelos interceptū, in quo maxime dici ab initio climatis ad finem usque est dimidie horae variatio, sumptum in easterre ab austro ad arctum uersus intercedente, qua polus septentrionalis elevatior est graduum 50. & minutorum 30. submissior graduum 12. & minutorum 45. Ponuntur autem septem, que sua nomina ab insigni aut urbe aut suo uio aut monte sortita sunt. Primum transit per Merocen Africæ ciuitatem in torrida zona sitam. Secundum per Sienem urbem Aegypti Funicie. Tertium per Alexandriam metropolim Aegypti. Quartum per Rhodum, Asie minoris insulam. Quintum per Romanum. Sextum per Borysphenem insignem Sarmaticum fluuium. Septimum per Ripheos motes, Ultra hec septem clima potest terra ultra parti. Latitudo tamen semper magis magisq; decreceri, nam ad modicam distantiam 1uersus polum dies sensibiliter augetur. Quanto enim polus mundi at tollitur, tanto zodiacus horizonta obliquius intersectat, maioresq; arcus dierum supra hemisphaerium nostrum relinquuntur, quam sint arcus noctium sub hemisphaerio demissi, sole signa septentrionalia percurrente.

## Paralleli

H m


Climata				
	60	Vicesimus	19	0
	50	Decimus nonus	18	0
	45	Decimus octauus	17	30
	55	Decimus septimus	17	0
	50	Decimus sextus	Diaripheos	16 30
Septimum	50	Decimus quintus	Diaborysthenes	16 0
Extum	45	Decimus quartus	Diapontus	15 30
Quintum	40	Decimus tertius	Per Bizantium	15 15
	40	Duodecimus	Diaromes	15 0
Quartum	35	Vndecimus		14 45
	35	Decimus	Diarhopos	14 30
Tertium	30	Nonus		14 15
	30	Octauus	Dialexandros	14 0
	25	Septimus		13 45
Secundum	25	Sextus	Diasyene	13 30
	20	Quintus		13 15
Primum	15	Quartus	Diameroës	13 0
	15	Tertius		12 45
	10	Secundus		12 30
	5	Primus		12 15
		Aequinoctialis, qui est horatum		12 0

MODVS PER QVEM OR-  
bis in piano ita describi possit, ut cōmen-  
suratione similis sit positioni sphē-  
rice. Cap. XXIII.

**N** descriptione vero quæ  
in tabula sit, modus Sym-  
metriæ præcipuorū paral-  
lelorum talis nobis erit.  
Præparabimus tabulā pa-  
rallelogramam rectāgulam, ueluti est,  
a b c d, habeatq; latus a b duplum se-  
ré quā a c: supponaturq; recta a b se-  
cundū positionē superiorē, quæ inde-  
scriptione uetus partes erit Boreales.  
Deinde diuidemus a b bisariam, & ad  
rectos angulos linea recta e f normā  
illi cōmensuratam, & rectā adaptabi-  
mus: ita ut linea media e f sua lōgitudi-  
ne sub una rectitudine, usq; ad e g pro-  
trahat: sumamusq; ab ipso e usq; ad g  
34. partes tales, quales sunt per lineam  
rectam g f centum triginta una & ter-  
tia cum duodecima: super centroq; g  
per signū interstitiū, quod ab eo abest  
per lineā g k sectionibus septuaginta  
nouē, circulū scribemus, q; pro eo erit  
parallelō, qui per Rhodū transit, nem  
pe h k l. Pro terminis uero lōgiudinis  
quæ ex sex horarū colliguntur intersti-  
tiūs ab utraq; parte k, sumamus super g  
f mediū meridiani linea distantia qua-  
tuor interstitiorū, quæ in parallelo per  
Rhodum similes sint quinque, per se-  
quacūrātā ferè rationes maximū cir-  
culi ad ipsum, talesq; decem & octo  
constituemus ab utraq; parte puncti k,  
secundū circūferentiam h k l: habebi-  
musq; signa, per quæ cōiungere opor-  
tebit ab g meridianos, qui tertię par-  
tis horarū intervallo comprehendant:  
ita ut g h m & g l n longitudinis ter-  
minent fines. Cōsequenter uero & pa-  
rallelus qui per Thylem est, scribetur  
distantia quæ ablit ab g super linea f  
g sectionibus 52. ueluti o p q: equino-  
ctialis uero, ut similiiter distet à g per  
lineam f g sectionibus 115. qui sit r s t:  
oppositus uero per Merōem & austra-  
liſsimus, ut distet à g sectionibus 131.  
cū tertia & duodecima, ueluti m u n.

Ratio igitur ipsius r s t ad o p q col-  
ligetur quemadmodū 115. ad 52. secun-  
dum rationem parallelorū horum in  
sphera: quandoquidem qualium g s  
supponitur 115, talis est & g p sectio-  
num quinquaginta duarum. Et quem  
admodum se habet g s ad g p, sic se  
habet circūferentia r s t ad o p q. De  
prehēdetur autem & meridiani p k di-  
stātia, hoc est ea, quæ ab parallelo, qui  
per Thylem transīt ad illū qui est per  
Rhodum sectionum 27. distātia uero  
k s, id est, à parallelo, qui per Rhodū  
ad æquinoctialem usque, earundem se-  
ctionum existit, 3. At distātia s v, hoc  
est ea, quæ ab æquinoctiali est ad oppo-  
sittim ei, qui est per Merōem, earundē  
16. cum tertia & duodecima. Præterea  
qualium est distātia p u, secundum  
latitudinem terræ cognitā, septuagin-  
ta nouē cū tertia et duodecima, aut  
integratum octuaginta, talium erit &  
h k l media secundum longitudinem  
distantia, centum scilicet quadraginta  
quatuor, secundum ea, que demonstra-  
tionibus supponuntur: eandem enim  
rationem fermē habent, quadraginta  
milia latitudinis, ad septuaginta duo  
milia lōgitudinis, in parallelo, qui per  
Rhodū trāsit. Potro & reliquos scri-  
bemus parallelos, si rursus cōtrō g us-  
Alter uero Bascatis dicitur, cuius fontes gradus habent		
	123 :43	0
Et cum laxarte commixtio		
	121 :47	30
Tenent autem regionem iuxta Oxios montes Pasice, quæ uero ad partem septentrionalem laxartis sunt, tenent latij, & Tachori. Sub quibus Augali. Postea iuxta montes Sogdios Oxiranæ, & Drybactz & Candari. Sub montibus autem Mardyeni. Et iuxta Oxum Oxiani, & Chorasmij. Iis uero orientaliis habet Drepianæ, ambos fluuios coniun-		

coniungentes. Postea ijs Orientaliores Anieses iuxta laxartem quidem. Cirrodees autem iuxta Oxum, et inter Caucatum motem & Imaum est regio nomine Vandabanda.

Montanæ autem ciuitates Sogdianorum sunt iuxta laxartum

Cyreschata 124 : 43 40  
luxta Oxum autem

\* Oxiana 117 10 : 44 40

\* Maruca 117 15 : 43 20

Cholbesina 120 40 : 43 15

Inter hec aut & superiores partes flu.

Tribactra 112 15 : 45 30

Alexandria Oxiana 113 : 44 40

Indicomordana 115 : 44 40

\* Drepas metropolis Panda Plinio & Solino, Darapsa Straboni. 120 : 45 0

\* Alexandria ultima 122 : 41 0

### SACARVM SITVS.

Cap. XIII.

#### Tabula septima Asie.



Ac terminantur ab occa-  
su, Sogdianis iuxta expo-  
situs orientale ipsorum la-  
tus.

Nomades dicti, qui soliti vicinos  
deprædari, à Persis postea sunt funditus deleti.

A septentrionibus Scythia, iuxta æque  
distantem lineam, que ac cōuersione la-  
xarti amnis educitur, usq; finem, cuius  
situs habet gradus. 130 : 49 0

Ab oriente uero similiter Scythia, iuxta  
lineas inde pductas per reliquum mon-  
tis, qui Ascatacas dicitur, usq; recepta  
culū eorū, qui ad Seras negocij causa  
proficiscuntur, penes Imaū montem, cu-  
ius gradus sunt 140 : 43 0

Imaus, accolarum lingua nuosus dicitur,

Plinius libro 6.

Et per montem Imaum ad septentriones uergit, usq; finem, qui gradus ha-  
bet 145 : 35 0

A meridie autem ipso Imao mōte, iu-  
xta lineam expositos coniungentem.  
Sacarum regio Nomadum est, ciuita-  
tes autem non habent: Nemora autem  
& speluncas habitant. Inter Sacas est

etiam dicta regio Comedorum mōta-  
na, cuius ascensus à Sogdianis gradus  
habet 125 : 43 0  
Quæ autē iuxta vallem Comedorum  
sunt gradus habent 130 : 39 0  
Et turris que lapidea dicitur gradus ha-  
bet 135 : 43 0

Appellantur autem ij qui iuxta laxar-  
tum sunt Caratæ & Comari. Qui uero  
supra totam mōtanam sunt regionem  
Comedg. Qui uero iuxta Ascatacam  
Massagetæ. Qui uero interiacent Gry-  
nxi Scythæ. & Toornæ. Sub quibus iu-  
xta Imaum montem Byltg.

### SCYTHIAE INTRA MONTEM Imaum situs. Cap. XIII.

#### Tabula septima Asie.



Cynthia intra Imaū mōtem  
terminat ab occasu Sarma-  
tia Astatica, secundum latus  
expositum. A septentrioni-  
bus terra incognita.

Scythas omnes, Plinio & Herodoto testibus, Pe-  
se uocant Sacas.

Regnum Chatay magni Cham Tartarorū has Scy-  
thias comprehendit, cuius ciuitas Gambalschia &  
Nicolao Veneto duo de triginta millia passuum cir-  
cuitus habere fertur. Sabellicus Cathaum ponit  
inter Gedrosiam & Indum.

Ab oriente uero Imao mōte ad septen-  
trionem uergente secundum meridia-  
nam fermè lineam, que à prædicto est  
receptaculo usq; ad terram incognitā.  
A meridie, ac etiam oriente, Sacis qui-  
dem, & Sogdiana, & Margiana iuxta  
ipsorum expositas lineas usq; ad ostia  
Oxi amnis in Hyrcanum mare exuen-  
tis, ac inde etiam parte Hyrcani maris,  
ad Rha usq; amnem, secundum talement  
descriptionem.

Post Rha flu. ostia, que continent gra-  
dus 87 30 : 48 50

Cōuersio uero ipsius, in qua & Sarma-  
tiz & Scythæ est limes

Rhyymi flu. ostia 85 : 54 0

Daicis flu. ostia 91 : 48 15

Iaxarti

Iaxarti flu. ostia	Sylis Scythe vocant, Plin. & Solinus.	97	: 48	o
Iasta flu. ostia	100	: 47	20	
Politemyi flu. ostia	103	: 45	30	
* Aspabota ciuitas	102	: 44	o	
Post quam Oxi flu. ost.	100	: 43	o	
Montes uero Scythie intra Imaum tem insigne sunt, magis orientales, & qui appellantur Alani, quorum fines habent gradus 105: 59 & 118: 59 30				
Et qui appellatur Rhymnici, quorum fines habent gradus 90: 54 & 99: 57 10				
A quibus defluunt Rhymmus, & alii quidam in Rha fluuii, Daici amni se comiscentes. Et Norossus mōs, cuius fines partes habent 97: 53 & 105: 52 30				
Ab hoc autem defluit Daix amnis & alii quidam admiscentes se Iaxarti flu. Et mōtes qui Aspasijs dicuntur, quo rum fines gradus habent 111: 55 30 & 117: 52 30				
Et ab his quidam defluunt, ad laxartū flu. Et qui dicuntur Tapuri montes, quorum fines habent gradus 120: 56 & 125: 49				
A quibus iterum ad laxartū quidam amnes excurrunt. Apud hos autem in iō fluuiatilis regionis mōtes sunt Syebi, quorum fines gradus habent 121: 58 o 132: 62				
Et qui uocantur Anarei montes, quorum fines 130: 56 & 137: 50				
Post quos est flexio montis Imai ad septentriones uergens. Colunt aut hanc Scythia omnem uersus septentriones, ad terram ferē incognitam, qui cōmu ni uocabulo Alani Scythia nominantur. Et Suobeni. Et Alanorisi. Partem autem quae sub ijs est, tenet Sætiani, & Massesi, & Syebi. Et iuxta Imaum montem Tectofaces. luxta autem orienta liores Rha fluuij fontes Rhobosci. Sub quibus Asmani. Postea Paniardi. Sub quibus iam apud fluuij est Cano dipsas regio. Casanum. Et sub ipsa Cora xi. Cytracha, emporium Armenorum. Medorum & Persarū sub Tartaris est. Paulus Iouius. Post Orgasti. Post q̄s ad mare usq̄ Erymi, ex quibus regionem uersus ortū tenet Asiote. Postea Aorsi. Post quos Iaxartē, gens magna, penes eiusdem nomi-				

nis fluuij, usq̄ ad flexionem ad Tapu ros montes. Iterū sub Sætianis Molo geni. Sub quibus usq̄ ad Rhymnico mōtes sunt Samnitē. Sub Massætis aut & Alanis mōtib. Zaratæ, & Sasones, & magis orientales sunt Rhymnicis mōtibus Tybiacæ. Post quos sub Zara tis Tabieni & Iastæ, et Machetegi iux ta montem, sub quibus Norosbes, et Norossi, & sub ijs Cachage Scythia iux ta laxartas. Sunt Aspasijs montibus magis occidentales Aspasijs Scythie alijs Aspisy. Orientaliores aut Galactopha gi. Similiter aut & Tapuris montibus et Syebis Scythis orientaliores sunt Ta puræ. Anarae uero mōtibus & Asca tanca mōti subiacent eiusdē nominis Scythe. Anarei quidē sub Alanoris, alijs Agathyrſis. Ascotanæ autē orienta liores sunt Tapuris montibus, & usq̄ montē Imaū colunt. Inter autē Oxiōs mōtes, & sectionē, quæ apud ostia est Iaxarti, et littorea, quæ iacēt inter duos amnes, tenent Ariacē iuxta laxartem. Sub ijs aut Namastræ. Postea Sagaraue, & iuxta Oxū fluuij Rhibij. In quibus est ciuitas.

\* Dauaba Samarcanda unius Terrariorum hor de nobilissima, princeps cuius Zagathai, teste Paulus Iouius.

104 : 45 o

#### SCYTHIAE EXTRA IMA um montem situs Cap. XV.

##### Tabula octaua Asie.

Terra Mongal magne Tartarie pars ho die dicitur.



Xtramontem Imaū Scythia, definitur ab occiali Scythia interiori & Sacis iuxta totam montium diuerstonem ad arctos.

A septentrionibus terra incognita.

Ab oriente Serica, secundū lineam rectā, cuius fines gradus habent 150: 63

& 160: 35

A meridie uero parte Indiæ, quæ extra Gangē est flu. iuxta lineā quæ distan tē, expositos fines iungēt. Iacet aut in hac parte occidentalis Auxaciorū monti pars, cuius fines 149: 49 o 165: 55

L Et pars

Et pars montium, qui Cassiorum appellantur, ad occasum uergentes. Horum fines gradus habent 153 : 41 & 162 : 44. Et Emodorum similiter pars occidentalis, cuius fines habent gradus 153 : 36 & 155 : 36.

Et iuxta Auzacios fons, est Oechardia fluuij, cuius gradus partes habent 153 : 51. Tenet autem Scythia hanc a septentrione Abijs Scythae. Et que sub ijs est Hippophae Scythae. Post quos Auzacitis extenditur regio. Et sub hac etiam iuxta prefatam receptaculum regio Casia. Sub qua Chatæ Scythæ. Postea Achassa regio. Et sub hac iuxta Emodos montes Chauranæ Scythæ.

Civitates autem in hac parte sunt,

* Auzacia	144	: 49	20
* Issedon Scythica	150	: 48	30
Chaurana	150	: 37	15
Sœta	145	: 35	20

### S E R I C A E S I T V S . Cap. XVI.

#### Tabula octaua Asiz.

Cambalu regio & civitas Metropolitana Magni Cham, hinc uermes qui sericum filum coſciunt quorum iam apud Hispanos est copia.

Erica terminatur ab occidente Scythia, quæ extra Ima um montem est, iuxta lineam expositam

A septentrionib. terra incognita, iuxta parallelum insule Thyles. Similiter & ab oriente terra incognita, iuxta meridionalem lineam, cuius fines habent gradus 180 : 63 & 180 : 35. Tabùn promontorium ad extrema terræ inter orum & septentrionem nominant.

A meridie reliqua parte Indiæ extra Gangem per eandem parallelum lineam usque finem, cuius situs habet gradus 173 : 35. Preterea Sinis per lineam hinc productam usque finem expositum terræ incognitæ. Montes autem cingunt Seras, qui Annibæ appellantur. Quorum fines gradus habent 153 : 60 & 171 : 56.

Et Auzaciotorum partem orientalem, cuius fines habent gradus 165 : 54. Et Casiorum orientalem partem, cuius

finis 162 : 44 & 171 : 46. Et Asinirei mōtes, quorū extrema gradus habet 167 : 47 30 & 174 : 47 30. Et Tagurus mons, cuius medium gradus habet 170 : 43. Et Emodorum etiam, & eorum qui Serici dicuntur pars orientalis, cuius fines gradus habent 165 : 36. Et qui uocat Ottorocoras mōs, cuius fines gradus habet 169 : 36 & 176 : 39. Sericæ autem regionis maximam partem duo percurrent fluij, Oechardes annis, cuius fons iuxta Auzacios expositus est. Qui uero iuxta Asmiges mōtes fons est, gradus habet 174 : 47 30.

Cambrim & Pfitaram hos duos annes vocat Plinius, quibus tertius additur Lanos. Diuertigium uero, qd'ad Casios quasi mōtes est gradus habet 160 : 49 30. Fons autem qui in ijs est 161 : 44 15. Preterea fluijus, qui Bautifus dicitur, cuius fons iuxta Casios mōtes gradus habet 160 : 43.

Qui uero est ad Ottorocorā 176 : 39. Diuertigium uero ad Emodos mōtes 168 : 39. Fons uero in ijs 160 : 37.

Quæ igit maxime septentrionalia sunt Sericæ, colit gæs Anthrophophagorum. Sub quibus sunt Annibæ gæs quæ eiusdem nominis mōtibus superiacet. Inter hos uero & Auzacios sunt Siziges gens. Sub quibus Dāna. Post Pialeus que Oechardum fluijum, & sub hoc eodem nomine Oechardæ. Iterum orientaliores Annibis sunt Garinei, & Rhabanei. Sub ijs Asmirea est regio, supra eiusdem nominis mōtes. Sub ijs autem usq; ad montes Casios, sunt Issedones magna gens. Et ipsis orientaliorib. Throani. Postea sub ijs quidē Ithaguri, ab orientali parte eiusdem nominis mōtis. Sub Issedonibus uero Asparæ. Et sub ijs etiam Batæ, & maxime australes, iuxta Emodos mōtes, & Sericos Ottorocoræ.

Attarocoræ Plinius, Martianus & Solinus appellant, quibus mira acris clementia & longissimus eius.

Civitates

Ciuitates autem nominantur in  
Serica hz.

Damna	156	: 51	40
Piada	160	: 49	40
Aſmiræa	170	: 48	20
Throana	174	40 : 47	40
* Iſſedon Serica	162	: 45	0
Eſſedonum urbē inter gētes maximā traditū Pius 2.			
Aſpacæa	162	30 : 41	40
* Drosache	167	40 : 42	30
Palliana	162	30 : 41	0
Thogara	171	20 : 39	40
Abragana	163	30 : 39	30
Daxata	174	: 39	40
Orosana	162	: 37	30
* Ottorocora	165	: 37	15
Solana	169	: 37	30
* Sera Metropolis	177	15 : 38	36

## ARI AE SITVS.

Cap. XVII.

## Tabula nona Aſie.

Turquieſtan regnū Haytonus & Marcus Venetus  
appellant, regia horum ciuitas Ocerra.



Ria terminat à septentrionibus. Margiana & parte Baſtrianæ iuxta exposita ipsa rum meridionalia latera.

Ab occasu Parthia, et Carmania deser ta, iuxta lineas ipsarum orientales dif finitas.

A meridię Drangiana, secundum lineā quæ incipit à pretato fine iuxta Car maniā, et ad arctos cōuersa per monte Bagoum flectitur ad orientem usq; fi nem, cuius gradus 111 : 34

Situs autē curuationis montis gradus habet 105 : 32

Ab oriente Paropanisadis, iuxta meridionalē lineā, jungentem fines ex positos, per occidentales partes Paro panisi. Est autem Paropanisi situs iux ta signa tria.

Quod australē 111 : 36

Quod septentrionale est 111 30 : 39

Quod maximæ orientale 119 30 : 39

Fluit aut̄ per regionē fluuius insignis

Aria, cuius fōrē qui in Paropanisidis quidem sunt continent 111 : 38 15

Quæ aut̄ apud Sariphos 103 : 38 40

Pars autem iuxta lacū ab ipso factum, que et ipsa Aria uocat 108 40: 36 In Aria, que septentrionalia sunt, te nent Nisei, & Astaueni. Quæ aut̄ iuxta Parthiā, & Carmaniā defertā Masdorani. Quæ uero iuxta Drangianā Castrote. Que autem iuxta Paropanisadas Parauti. Sub quibus Obares. Quæ au tem interiacent, tenet Drachame. Sub quibus Etymandri. Postea Borgi. Sub quibus regio Scorpiofera.

Ciuitates autem & oppida in  
Aria sunt hz:

Dista	102	30 : 38	19
Namaris	105	40 : 38	20
Taua	109	: 38	45
Augara	102	: 38	0
* Bitaxa	103	40 : 38	0
Sarmagana	105	20 : 38	10
Siphare	107	15 : 38	15
Rhaugara	109	30 : 38	10
Zamuchana	102	: 37	0
Ambrodax	103	30 : 37	45
Bogadia	104	15 : 37	40
Varpna	105	30 : 37	0
Godana	110	30 : 37	30
Phorana	110	: 37	0
Chatrische	103	: 36	20
Chaurina	104	20 : 36	18
Orthiana	105	15 : 36	20
Tauciana	106	10 : 36	0
Aſtauda	107	40 : 36	0
Articaudna	109	20 : 36	10
Artacana Straboni.			
* Alexādria in Aria	110	: 36	0
Karbasana	103	20 : 35	20
Capotana	104	30 : 35	30
* Aria ciuitas	105	: 35	0
Cafce	107	20 : 35	20
Sotira	108	40 : 35	10
Arcitane	109	20 : 35	30
Nisibis	111	: 35	20
Paracanece	105	30 : 34	20
Sariga	106	40 : 34	40
Darcama	111	: 34	40
Cotaca	107	30 : 33	20
Tribasina	106	: 33	44
Aſtasana	105	: 33	0
Zimyra	102	30 : 33	15

PAROPANISADVM  
situs. Cap. XVIII.

## Tabula nona Asia.

Sic dicti à monte Paropaniso, eis à septentrione imminente. Torquastensis Tartarorum regni pars, præter oleum omnia proferens.

**P**AROPANISADÆ terminans ab occasu Aria iuxta predictum latus. A septentrionibus exposta parte Bactriana. Ab oriente parte Indiæ iuxta emissam meridionalem lineam à fontibus Oxi fluuij per Caucasos mōtes usq; finem, cuius gradus sunt 119 : 32 40 A meridie uero Arachosia iuxta lineā, quæ per montes Paruetos fines iungit expositos. Erumpit aut ex regione & Dargamanis amnis, q ad Bactrianā labitur, cuius situs est 116 30 : 36 40 Fontium aut dictus est. Et qui ad Coa commiscetur, cuius fontes habent gradus 115 : 34 30 Septentrionalia regionis tenet Bolite. Occidentalia Aristophyli. Orientalia uero Ambante. Meridionalia Pariete, & Parsij.

## Civitates &amp; uicus sunt in Paro panisadis.

Parsiana	118	30	:38	45
Barzaura	114		:37	30
Artoarta	116	30	:37	30
Baborana	118		:37	20
Catifa	118	40	:37	30
Niphanda	119		:37	0
Draftoca	116		:36	30
Gauzaca	118	30	:36	15
*Naulibis	117		:35	30
Parsia	113	30	:35	0
Locharna	118		:34	0
Daroacana	118	45	:34	45
*Carura quæ & Ortospana	118		:35	0
Tarbacana	114	30	:33	40
Bagarda	116	40	:33	40
Arguda	118	45	:33	10

DRANGIANAE SITVS.  
Cap. XIX.

## Tabula nona Asia.



Rangiana terminatur ab occasu & septentrionibus Aria, iuxta expositam lineam per Bagoum mon tem exeuntem.

Ab oriente Arachosia, iuxta meridio nalem lineam, quæ est, à fine ad Arios & Paropanisadas emissâ, usq; ad fine cuius fines habet grad. 111 30 28 A meridie parte Cedrosie, iuxta lineā cōiungentē expositos fines, per mon tes Batiōs. Interfluit autem regionem fluuij, qui ab Arabio diuertitur, cuius fontes gradus habet 109 : 32 30 Tenent ante ea, quæ sunt ad Ariā Darādæ, quæ uero uersus Arachostā sunt Batrij.

Pars autem quæ interfacet Tatasene alias Tatasene appellatur Cūuitates autem & oppida Drāgiane esse hę dicuntur.

*Prophthasia	110	:32	20
Rhuda	106	30	:31 30
Inna	109		:31 30
Aricada	110	20	:31 20
Asta	107	30	:30 40
Xarxiare	106	20	:29 15
Noftaua	108		:29 40
Pharazana	110		:30 0
Bigis	111		:29 40
*Ariaspe	108	40	:28 40
Arana	111		:28 15

ARACHOSIAE SITVS.  
Cap. XX.

## Tabula nona Asia.

Arianam banc dicit Pomp. Mela, solibus est ambusta, Aria tamen fertilis. Arianā banc extendit Strabo per oram maritimam ab Indo usq; Carmaniam, ut Cedrosie pars potius videatur.



Rachosia terminatur ab ocaū Drangiana. A septentrionibus regione Paropanisadū iuxta exposita ipsorum latera.

Ab oriente parte Indiæ iuxta lineā me ridionalem

ridionalem emissam à limite Paropas  
nis adū usq; finem, cuius gradus sunt,  
119 : 20

Ameridie uero reliqua parte Gedrosia  
iuxta lineā expōsitos fines iungen-  
tem per montem Bētium. Irrumpit au-  
tem in regionem fluuius ab Indo diuer-  
sus, cuius fontes gradus habent

114 : 32 30

Diuertigium autem 112 30 : 31 30  
Pars uero iuxta lacū, qui ab eo fit fons  
Arachotos appellatus 115 : 28 40  
Vocantur autem qui septētrionalia re-  
gionis tenent Paryetæ. Arimaspos prius,  
deinde Euergetas, id est, beneficos dictos ait Dio-  
dorus Siculus. Qui uero sub ipsis sunt Sy-  
dri. Post quos Roplute & Eoritæ.

Ciuitates aut & uicus Arachosie sunt.

Axola	114	15 : 32	15
Phoclis	118	15 : 32	10
Aricaca	113	: 31	20
* Alexandria	114	: 31	0
Rhizana	115	: 31	10
Arbaca	118	: 31	20
Sigara	113	15 : 30	0
Choaspa	115	15 : 30	10
Arachotus	118	: 30	20
Arachosiorum opp. Plinius Cophen alijs dictum trudit.			
Asiace	112	20 : 29	20
Gammace	116	20 : 29	20
Maliana	118	: 29	20
Dammana	113	: 28	20

### GEDROSIAE SITVS.

Cap. XXI.

#### Tabula nona Asiae.

Tarce regnum Haithono & Sabellico, & sunt ho-  
die populi Christiani.

 Edrosia terminat ab o-  
casu Carmania, iuxta ex-  
positam lineā meridiem  
uersus usq; ad mare.

A septentrionibus uero  
Drangiana, & Arachosia, iuxta anno-  
tatas ipsarum meridionales lineas.  
Ab oriente parte Indiæ, iuxta Indum  
amnem, per emissam lineam à limite  
Arachosie usq; terminum, qui mare at-

tingit, cuius grad. sunt 109 : 20  
Ameridie parte Indiæ pelagi, cuius de-  
scriptio hæc est. Post finem, qui apud  
Carmaniam est

Arabi flu. ostia Arbi: fluuius Straboni.

105 : 20 15

Fontes fluuij 110 : 27 30

Diuertigium eius ad Drangianam in-  
gredientis 107 40 : 25 0

Rhagiana ciuitas 106 : 20 0

Mulierum portus 107 : 20 15

Coimba 108 : 20 0

Cambais hodie sive Gambaiæ, regni caput. Cadæ-  
musius cap. 71. Ioseph Indus cap. 140. & 141.

Rizana 108 40 : 20 15

Post quā prædictus finis, qui mare at-  
tingit 109 : 20

Protenduntur autem montes per me-  
diā Gedrosiam qui appellantur Ar-  
biti, quo: fines 107 : 22 & 113 : 26 30

A quibus Indo admiscentur proflen-  
tes quidam, quorum unius fons

111 : 25 30

Et similiter à Bætijs montibus per Ge-  
drosiā labuntur amnes

Regionē uero que penes mare est, te-  
nenit Arbitorum uicus. Orbitas appellant  
Diodorus & alij. Quæ iuxta Carmaniam  
Parfire. Que iuxta Arachosiam Mu-  
sarei. Medium autem regionis omne  
uocatur Paradene, & quæ sub ipsa est  
Parisene. Post quam que apud Indum  
sunt, tenent Rhamnæ.

Ciuitates autem & uicus Gedro-  
sie sunt.

\* Cuni 110 : 27 0

Badara 113 : 27 0

\* Musarna 115 : 27 30

Cottobara 118 : 27 30

Soxtra 118 30 : 27 45

Oscana 115 : 26 0

\* Parsis Metropolis 106 30 : 23 30

Omiza 110 : 23 30

\* Arbi ciuitas 109 20 : 23 30

Insulae adjacent Gedrosia.

Astheæ 105 : 18 0

Codane 107 30 : 17 0

LIBER  
SEPTIMVS HAF C  
HABET.

Expositio[n]e ultimorum partit[um] maioriis Asia, secundum subiectas prouincias ac preturas.

Indie intra Gangem fluuium.

India extra Gangem fluuium.

Sinarum terrae. (sunt.)

Taprobanes insule, & que circa illam

Descriptione summaria tabulæ orbis.

Armilaris sphæra, cum habitibili ter-

ra descriptionem.

Descriptionem extensionis.

INDIAE INTRA GANGEM.

situs. Cap. I.

Tabula decima Asiæ.



Vx intra Gangem est India, definitur ab oca-  
sione regione Paropanisadum, & Arachosia,  
& Gedrosia, iuxta latera ipsarum orienta-  
lia iam exposita

A septentrionibus autem Imao mōte  
Emodes est potius Niodoro, iuxta superia-  
centes sibi Sogdianos & Sacas.  
Ab oriente vero Gange fluuio.

Ganges flu. altitudine usque minore passibus 20.  
latitudine 8. aut 10. millum passuum ubi minima  
est, ubi autem maxime patet stadiorū centum am-  
plitudinem habet, testes Curtius, Strabo, Plinius,  
Pomp. Mela, & ceteri.

A meridie ac etiam occasu, parte Indi-  
ci pelagi, cuius traditio descriptionem  
habet talem.

In sinu appellato Canthicopico  
Syrastrænes.

Canthinaustathmus statio

109 45: 20

Occidentale ostium Indi flu. quod Sa-  
gappa dicitur 110 20: 19 50  
Cambiae regni pars ad Indi flu. ostia recentioris  
bus dicitur.

Quod deinde est & appellatur Sinthū  
110 40: 19 50

Tertium quod aureum appellatur  
111 20: 19 50

Quartum quod Cariphī uocatur

111 40: 19 50

Quintum quod Sapara uocatur

112 30: 20 15

Sextum quod Sabalassa dicitur

113 : 20 15

Septimum Lonibare dictū 113 30: 20 15

Bardaxema ciuitas 113 40: 20 40

Syrastra uicus 114 : 19 30

Monoglossū tempor. 114 10: 18 40

Laryces

Mophidis flu. ostia 114 : 18 20

Pacidare oppidum 113 50: 17 50

Namadi flu. ostia 112 : 17 45

Mareum promont. alter Maleum

111 : 17 30

In sinu Barigazeno

\*Camanes Calicut, emporium aromatum to-  
tius orbis, Portugalesibus frequentatum.

112 : 17 0

Nusaripa 112 30: 16 30

Pulipula 112 30: 16 0

Ariaces Sadanorum

Suppara 112 10: 15 30

Gaoris flu. ostia 112 15: 15 10

Dunga 111 30: 15 0

Bindę flu. ostia 110 30: 15 0

Simylla emporium & promontorium

110 : 14 45

Timula ab incolis dictum, supra lib. I. cap. 17.

Balepatna 111 30: 14 20

Hippocura 111 45: 14 0

Virorum Pyratarum

Mandagora 113 : 14 10

Byzantium 113 40: 14 40

Chersonesus 114 20: 14 30

Nanagunze flu. ostia 114 30: 13 50

Armagara 115 30: 14 20

\*Nitra Emporium 115 30: 14 40

Limyrites

Tyndis ciuitas 116 : 14 30

Bratagara 116 45: 14 20

\*Muziris Emporium 117 : 14 0

Calecaris extrema 116 40: 14 0

Pseudostomi flu. ost. 117 20: 14 0

Podoperura 117 40: 14 15

Semne 118 : 14 20

Cereura 118 40: 14 20

Bacare 119 30: 14 30

Baris flu. ostia 120 : 14 20

Aior um

## Aiorum

Melcynda	120	20:14	20
* Elancorū emporiū	120	40:14	0
Cottiara Metropolis	121	:14	30
Bamala	121	20:14	0
Cōmaria extrema	121	45:13	30
In sinu Colchico, in quo Colymbensis			
Penici. Careorum			
Sosicure	122	:14	30
Colchi emporium	123	:15	0
Colchinum, sive Chuchina, regia ciuitas, cuius rex			
Lusitanorum est amicus.			
Solenis flu. ostia	124	:14	40
In sinu Agarico			
Pandionis regionis in sinu Agarico			
Cory promont. quod & Calligicum			
	125	40:13	20
Colaicum promont. Plinio & Boccatio cui opponi			
tur Taprobana.			
Argari ciuitas	125	15:14	20
* Salur emporium	125	20:15	10
Batorum			
Nigama Metropolis	126	:16	0
Thelchir	127	:16	10
* Curula ciuit. Colon hodie, ciuitas & regnum.			
	128	:16	0
In ea que proprie dicitur Paralia			
sive littoralis Soringorum			
* Chaberis ciuitas	128	20:15	45
Chaberi flu. ostia	129	:15	20
* Sobura emporium	130	:14	30
Aruarorum			
Poduca emporium	130	15:14	45
Melange emporium	131	:14	20
Tynæ flu. ostia	132	40:12	45
Cottis	132	20:12	30
Malisarpha emporiū	133	10:12	0
Mesoliz			
Mesoli flu. ostia	134	:11	30
* Cötacossyla empo.	134	30:11	30
Cayl hodie Portugalensibus dicitur.			
Coddura	135	:11	20
* Alosygne empor.	135	40:11	10
Et locus unde soluunt, qui in Chrysani			
nauigant	136	20:11	0
In sinu Gangetico			
* Palura ciuitas	136	40:11	30
Nanigæna	136	20:12	0
Caticardama	136	20:12	40
Cromandel hodie dicitur, & paulò interius Mili-			

spar siue Milpar, ubi S. Thomas fuit sepultus.

Canagara	136	30:13	30
Mande flu. ostia	137	:14	0
Cottobara	137	15:14	40
Sippara	137	40:15	30
Tyndis flu. ostia	138	30:16	0
Mapura	139	:16	30
Minnagara	140	:17	15
Dosaronis flu. ostia	141	:17	40
Cocala	142	:18	0
Adamantis flu. ostia	142	40:18	7
Cosamba Tarnasaviregalis.			
	143	30:18	15
Gangis flu. ostium maxime occidentale,			
quod Cabysum dicit <sup>144</sup> 30:18			15
* Palura ciuitas Oriza hodie.			
	145	:18	30
Secundum ostium, quod dicitur magnum			
	145	40:18	30
Tertium quod dicitur Cambrychum			
	146	30:18	40
Tilogrammum ciuitas	147	:18	30
Quartum, quod dicitur Pseudostomum			
	147	40:18	30
Quintum quod dicitur Antibol			
	148	30:18	15
Montes autem insignes in exposita sunt			
parte Indix			
Apocopimontes, qui deorum p̄ennarum ap-			
pellatur, Quorum fines gradus habent			
116: 23 & 124: 26			
Et Sardonix mons, in quo eiusdem no-			
minis lapis est, cuius medium			
	117	30:21	0
Et Vindius mons, cuius fines gradus			
habent	127:27 & 135:27		
Et Bitrigo mons, cuius fines gradus ha-			
bent	123:21 & 130:20		
Et Adisathrus mons, cuius mediū ha-			
bet gradus	132:23		0
Et Vxentus mons, cuius fines habent			
gradus	336:22 & 143:24		
Et Orudij montes, quorum fines			
	138:18 & 133:16		
Ordo autem fluuiorū in Indum excurren-			
tium à monte Imao sic se habet			
Indum ab incolis Sandum appellari tradit Plin.			
Cox flu. fontes Cophes Straboni.			
	120	:37	0
Suasti flu. fontes	122	30:36	0
	L 4	Indi	

Indi flu. fons	125	:37	
Bidaspi flu. fontes	Hydaspis ceteris dicitur.		
	127	:30 :35	o
Sandabalis flu. fontes	129	:35	o
Adris flu. fontes aliis Vadrus.			
	130	:30 :37	o
Bibasis flu. fontes	Hypasis Plinio, Hypanis Straboni, ultra quæ Alexander non ausus fuit progrederi.		
	131	:35	o
Zaradri flu. fontes	132	:36	o
Diuertigium Coë ad Paropanisadas			
	121	:30 :33	o
Commixtio Coë & Susti flu.			
	122	:30 :31	40
Commixtio Coë & Indi			
	124	:30 :31	o
Commixtio Bidaspi & Sandabalis			
	126	:40 :32	40
Commixtio Bidaspi & Adris			
	126	:30 :31	30
Commixtio Zaradri & Bibasis			
	131	:34	o
Commixtio Bidaspi & Zaradri			
	126	:30	15
Commixtio Zaradri & Indi			
	124	:30	o
Diuertigium Indi ad Vindium montem			
	122	:29	30
Diuertigium illud est locus ubi exoneratur in Indum fluuius a Vindio monte deriuatus.			
Diuertigium Indi in Arachosiam			
	122	:30 :27	30
Fons diuertigij	111	:25	30
Fons diuertigij	127	:27	o
Diuertigium Indi ad Arbetos montes			
	117	:25	o
Diuertigium Indi ad os Sagapa			
	113	:40 :23	15
A Sagapa ad Sinthū	111	:21	30
Diuertigium Indi ad aureum os			
	112	:30 :22	o
A Sapara ad Gariphum			
	113	:30 :22	20
A Gariphum uero ad os Sabalaſſa			
	113	:21	20
Diuertigium à Garipho fluuiio ad Loinbare os	113	:20 :21	40
Græcum exemplar pro Garipho habet Chariphum			
Ordo fluuiorum, qui in Gangem excent sic se habet			

Diamunę flu. fontes.	Iomaneſ Plinio.		
	134	:30 :36	o
Gangis flu. fontes	136	:37	o
Sarabi flu. fontes	140	:36	o
Commixtio Diamunę & Gangis			
	136	:34	o
Commixtio Sarabi & Gangis			
	136	:30 :32	30
Diuertigium à Gange ad Vindium montem			
Sox flu.	136	:20 :31	30
Fontes fluuij	131	:28	o
Diuertigium Gangis ad Vxentū montem			
	142	:28	o
Fontes diuertigij	137	:23	o
Diuertigium Gāgis in Cambusum os			
	146	:22	o
Diuertigium à Cambuso ad magnum os			
	145	:20	o
Diuertigium à magno ore ad Cambesichum os			
	145	:30 :19	30
Diuertigium à Gange flu. ad Pseudostomum			
	146	:30 :20	o
Diuertigium à Gange flu. ad Antiboris os			
	146	:30 :21	o
Et aliorum flu. situs sic se habent			
Namadi flu. fontes à monte Vindio			
	127	:26	30
Fluuij flexio iuxta Siripalla			
	116	:30 :22	o
Iuxta quod miscetur Mophidiflu.			
	115	:18	30
Nanagunę fluuij fontes à monte Vindio			
	132	:26	30
Vbi scinditur ad Goarim & Byndam fluuium			
	114	:16	o
Pseudostomi fluuij fontes à Bittigo monte			
	123	:21	o
Flexio fluuij	118	:30 :17	15
Baris flu. fontes in Bittigo monte			
	125	:30 :30	22
Solenis fluuij fontes in eodem monte			
	127	:20	30
Flexio fluuij	124	:18	o
Chaberis fluuij fons in monte Adisathro			
	132	:22	o
Tynæ fluuij fontes in Orudijs montibus			
	133	:17	o
Mæsoli fluuij fontes in eisdem montibus			
	134	:30 :17	30
Mande			

Mandæ flu. fontes in eisdem

136 30 : 16 30

Tyndis fluuij fontes in Vxento mon-  
te 137 : 22 30

Dosaronis fluuij fontes in eodē mon-  
te 140 : 24 0

Adamantis fluuij fontes in eodē mon-  
te 142 : 24 0

Ordo autem ciuitatum atq; oppidorū,  
quæ sunt in regionis huius parte, sic se  
habet. Sub fontibus enim Coę amnis  
locati sunt Lambatę, & horū mōtana  
protenduntur usq; montes Comedorū.  
Sub fontibus aut̄ Suastri Suastene. Sub  
fontibus uero Indi Daradre et horum  
montana supererinent, Sub fontibus  
aut̄ Bidaspi, & Sandabalis, & Adris,  
est Caspiria. Sub Bibasis aut̄ fontibus,  
& Zaradri, & Diamung, & Gāgis est  
Cylindrine. Et sub Lābatis, & cuaſte-  
ne sita est Goryea.

Et ciuitates hz

\* Carnasa 120 : 34 15

Barborana Bandobeha Strab.  
120 15 : 23 40

Gorya Gorydalea Strab. 122 : 34 15

Nagara quæ & Dionysopolis  
121 30 : 32 30

Draſtoſca 120 30 : 32 30

Inter Suustum autem & Indum sunt  
Gandaræ & ciuitates hz

Gandari Plinio & Pomp. Melæ dicuntur.

Poſclais Feucolaitis Strab. 123 : 33 0

Naulibi 124 20 : 33 20

Inter Indum & Bidaspu, iuxta quidem  
Indum Varsa est regio

Et ciuitates hz

Ithagurus 125 40 : 33 20

Taxiala Taxila Plinio & Straboni.  
125 : 32 15

Circa autem Bidaspum Pandouorum  
regio in qua ciuitates hz sunt

Pandeas gens à ſexminis regitur, Plinius & Ar-  
rianus.

Labaca 127 30 : 34 15

Sagala quæ & Euthymedia

126 40 : 32 0

\* Bucephala 129 30 : 30 20

Ab Alexandri equo nomen fortuita.

Iomula 124 15 : 30 0

Quæ inde uersus ſolis ortū ſunt, tenet  
uīq; ad Vindium montem Caspirci, &  
in iplis ciuitates hz ſunt

Salagifa 129 30 : 31 30

Aſtrallus 131 15 : 31 15

Labocla 128 : 33 20

Batanagra 130 : 33 20

Ariſpara 130 : 32 50

Amacatis 128 15 : 32 30

Oſtobalaffara 129 : 32 0

\* Caspira 127 : 31 15

Paficana 128 30 : 31 15

Dz̄dala 128 : 30 30

Ardone 126 15 : 30 10

Aornos petra Diodoro Siculo, Auternus Straboni,  
quam utpote fortissimam cum Hercules expugna-  
re nequerit Alexander expugnauit.

Indabara 127 15 : 30 0

Liganira 125 30 : 29 0

Chonnamagara 129 : 29 20

Gagalmira 126 40 : 27 30

\* Raralſa Metrop. 123 : 26 0

Modura aut deorum 125 : 27 10

Cognandaua 124 : 26 0

Ils etiam orientaliores ſunt Gymnoſo-  
phile. Et iuxta hos circa Gangemma  
gis ſeptentrioſales Dętychę.

In quibus ciuitates hz

Conta 133 30 : 34 30

Margara 135 : 34 0

Batancſara 132 40 : 33 20

Et ab orientali parte fluuij

Paffala 137 : 34 15

Orza 136 : 33 20

Sub ijs autem Nanichę, in qui-  
bus ciuitates hz

Persacra 134 : 32 40

Sannaba 135 : 32 30

Et ab orientali parte fluuij

Toana 135 30 : 32 0

Sub ijs uero Praſiace, in qua  
ciuitates hz

Sambalaca 132 15 : 31 50

Adiſdara 136 : 31 30

Canagora 135 : 30 40

Cindia 137 : 30 30

Sagala 139 : 30 20

Et ab orientali parte fluuij

Aninacha 137 20 : 31 50

Coanca 138 40 : 31 30

Sub

Sub hac autem Sandabratis, in			
qua ciuitates haec			
Empelathra	130	:30	0
Nadubandagar	138	40:29	0
Tamalis	133	:30	20
Curaporina	130	:39	0
Iterum regio que iuxta occidentalem Indi partem omnis communis uocabulo Indoscythia appellatur. Huius autem pars quae circa diuisionem ostiorum est Patene, & que ipsi superiacet Abiria.			
Quae autem circa ostia Indi & Canthi colpum, Syrastrene			
Sunt autem ciuitates Indoscythiae haec, ab occidentali quidem parte fluuij remotae			
Artoarta	121	30:31	15
Andrapana	124	15:30	40
Sabana	122	10:32	0
Banagara	122	15:30	20
Codrana	121	15:29	40
Et iuxta ipsum fluuium			
Embolima	124	:31	0
Pentagramma	124	:30	20
Astigramma	123	:29	30
Tiausa	121	40:28	50
Aristobatra	120	:27	30
Azica	119	15:27	0
Pardabathra	117	:25	30
Pisca	116	30:25	0
Pasipeda	114	30:24	0
Susicana Musican terra Straboni dicitur.			
Bonis	112	:22	20
Colaca	111	:21	30
In insulis autem ab ipso fluuiio factis sunt ciuitates haec			
* Patala Patalenam insulam ab Indi ostijs efficitur. Nam ait Strabo.	112	50:21	0
* Barbari	113	15:22	30
Ab orientali latere fluuij remotiores ab eo ciuitates haec			
Xodracc	116	:20	15
Sarbana	116	:22	50
Auxoamis	115	30:22	20
Ausinda	114	15:22	0
Orbadati	115	:22	0
Theophila	114	15:21	10
Astacapra	114	40:20	15
Luxta ipsum uero fluuium ciuitates haec			
Panassa	122	30:39	0
Budza	121	15:28	15

Naagramma	120	:27	0
Camigara	119	:26	20
Binagara	118	:25	20
Parabali	116	30:24	30
Sydrus	114	:23	30
Epitausa	113	45:22	30
Xoana	113	30:21	30
Indoscythiae ab orientali plaga super mare Larice sita est Regio			
In qua ciuitates mediterraneae ab occidente su Namadi fluuij haec sunt			
* Barygaza emporium 113 15:17 20			
Ab orientali uero parte eiusdem fluuij			
Agrinagara	118	15:22	30
Siripalla	116	30:21	30
Bammogura	116	:20	45
Sazantium	115	30:20	30
Xerogere	116	20:19	50
* Ozene regia Tiascani			
	117	:20	0
Minagara	115	15:19	30
Tiatura	115	50:18	50
Nasica	114	:17	0
Que superiacet colutum Pulinde Agriophagi. Et supra ipsum etiam Chatrixi Chataros appellat Diodor. Catheos Strabo, quibus pulchritudo est in maximo pretio.			
In quibus ab occidentali & orientali parte Indi fluuij ciuitates haec sunt			
Nigranigramma	124	:28	15
Antachara	122	:27	0
Sudaffanna	123	:26	50
Syrnistica	121	:26	30
Patistama	121	:25	0
Tisapatinga	123	:24	20
Iterum autem inter Sardonicum montem & Bittigui, tenet Tabasi, Magorui gens. Grecus codex habet, gens maxima.			
Que aut supra hos sunt usque Vindium monte, iuxta quidem Namadem, a parte orientali fluuij tenent Parapiotae			
In quibus sunt Rhana. Et ciuitates haec			
Cognabanda	210	15:23	0
Ozoabis	120	30:23	40
Osta	122	30:23	30
Cosa in qua est Adamas 121 20:22 30			
Circa autem Nanagunam Phyllite & Bittigi. In quibus Condali quidem iuxta Phyllitas & fluuium Ambastre aut iuxta Bittigos et monte ipsum. Et ciuitatis haec			
			Agara

Agara	129	20:25	o	Iophyllitz. Quorum ciuitates			
Adisathra	128	30:24	30	Sibrium	139	:22	20
Soara	124	20:24	o	Opotura	137	30:21	40
Nygdosora	125	:23	o	Ozoana	138	15:20	30
Anara	122	30:22	20	Orientaliores usq; Gangē sunt Cocco-			
Inter Bittigū autem montem & Adisa ihrum sunt Sorā Nomades Nar singe regnum mediterraneum Indie potentissimum.				naga. In quibus ciuitates hæ			
Et ciuitates hæ				Dosara	142	30:22	30
Sangamarta	133	:21	o	Et uersus fluuiū in parte occidentali			
* Arcati regia Sora	130	:20	15	Cartinaga	146	:23	o
Rursus ad partē orientalē Vindjī mō/ tis tenet Brolingz. In quibus ciuit. hæ				Cartasina	145	30:21	40
Stagabaza	133	:28	30	Supra autem Mæsolos Salaceni, iuxta			
Bardaotis	137	30:28	30	Arurēos mōtes. In quibus ciuitates hæ			
Que sub ijs sunt, habitant Poruari				Benagorum	140	:20	15
In quibus ciuitates hæ				Castra	138	:19	30
Bridama	134	30:27	30	Magaris	137	30:18	20
Tholobona	136	20:27	o	luxta autem Gangem flu. sunt Sabare			
Malæta	133	30:25	50	apud quos Adamas est in copia. Et			
Et sub ipsis usq; Vxentū mōtem, Adi- sathri. In quibus ciuitates hæ				ciuitates hæ			
Maliba	140	:27	30	Tasopium	140	30:22	o
Aspathis	138	30:25	40	Caricardama	141	:20	15
Panala	137	40:24	30	Regionē autē, que circa ostia Gangis			
* Sageda Metrop.	133	:23	30	fluuij est omnem Gangaridē tenet			
Balantipyrgum	136	30:23	30	Gangarides Plinio, quorum regem potissimum			
Is orientaliores usq; gangē Mandalæ				Alexāder inuadere nō est ausus, testatur Curtius			
sunt. In quibus ciuitates hæ				& Diodorus, sed longe in alio situ hos ipsi cū Stra- bone collocant: nēpe inter Indi & Gangis fontes,			
Astthagura	142	:25	o	iuxta Pori regis ab Alexandro nīcli regionem, que			
Et apud ipsum fluuium ciuitates				iuxta Hydaspis fontes erat.			
Sambalaca	141	:29	30	In quibus ciuitas			
Sigalla	142	:28	o	* Gange regia	146	:19	15
* Palibothra regia	143	:27	o	Reliquum autem Ariacæ quidē regio- nis mediterraneæ sunt ciuitates et pagi			
Hinc Palibothri populi, quos Plin. & Strab. Pra- fios appellant, omnium Indie potissimum et tempo- re antecedebant, toto maritimo tractui ab Indo ad			ab occasu quidem Byndē fluuij hæ				
Gangem dominantes, quod & Pomponius testas- tur, Diodorus Palicotram urbem appellat, ab Her- cule conditam.			Manippala	119	30:20	45	
Tamalites	144	30:26	30	Saribabis	119	:20	o
Oreophanta	146	:24	30	Tagara	118	:19	20
Similiter que sub Bittigo mōte sunt te- * Brachmanæ Magi usq; ad Betios (nēt)			* Bætana regia Siriptolemæ				
In quibus ciuitates hæ			117	:18	20		
Brachme	128	:19	o	Deopalli	115	40:17	50
Que uero sub Adisathro usq; Arurēos			Camaliba	115	15:17	20	
tenent Badiamgi. In quibus est ciuitas			Omenogara	114	:16	20	
Tathilla	134	:18	50	Inter Byndā uero flu. & Pseudostomū			
Quæ aut sub Vxeto sunt, tenet Dryl-			Nagaruris	120	:20	15	
			Tabaso	121	30:20	40	
			Inde	123	:20	50	
			Tripangalida	121	15:19	40	
			* Hippocura regia Baleocuri				
			119	45:19	10		
			Subuttum	120	15:19	10	
			Sirimalaga	119	20:18	30	
			Calligeris				

Calligeris	118	:18	0	Tennagora	132	:17	•
Modogulla	119	:18	0	Icur	129	:16	40
Petrigala	117	45:17	15	* Orthura regia Sornatis	130	:16	20
Banauasi	116	:16	45	Bere	130	20:16	15
Virorum autem Pyratarum medi- terranæ ciuitates sunt haec				Abur	129	:16	0
Olocheera	114	:15	0	Carmara	130	20:15	40
* Musopalle Metrop.	115	30:15	45	Magur	130	:15	15
* Limyricemediterranea ab occi- dentali quidem parte				Aruarnoru ciuitates mediterranæ			
Pseudostomi ciuitates hec				Cerauge	133	:16	15
Narulla	117	45:15	50	Phruriu seu præsidium	132	:15	0
Cuba	117	:15	0	Carige	132	40:15	0
Pallura	117	15:14	40	Poleur	131	30:14	40
* Inter Pseudostomum uero & Ba- rim flu. ciuitates haec				Picendaca	131	30:14	0
Pasage	124	20:11	50	Iatur	132	30:14	0
Mafanur	121	30:18	40	Scopolura	130	15:15	30
Curellur	119	:17	30	Icarta	133	30:13	40
Punnata in qua beryllus	120	40:17	30	* Malanga regia Bassaronagis	133	:13	•
Haloë	120	40:17	0	Candipatna	133	30:12	20
* Caruraregio Cerobothri				Maxolorum mediterranea			
Arembur	121	:16	20	Calliga	138	:17	0
Berderis	119	:15	50	Bardamana	136	15:15	15
Pantipolis	118	:15	20	Coruncula	135	:18	0
Adarima	119	30:15	20	Pharytra	134	40:13	20
Coreur	120	:15	0	* Pityndra Metrop.			
Aforum mediterranea				135	30:12	30	
Morunda	121	20:14	40	Insulæ aut adjacent expositiæ parti Insu- dig in Canticolpo sinu			
Carcorum mediterranea				Barace	111	:18	0
Mendela	123	:17	20	In littore uero usq; sinum Colchicum			
Selur	121	45:16	30	Milizigeris	110	:12	30
Tittua	122	:15	40	Heptanesia insula	113	:13	0
Mantitur	123	:15	45	Tricadiba	113	30:13	0
Pandionoruma mediterranea				Peperina	115	:12	40
Taxnur	124	45:18	40	Trinesta insula	116	20:12	0
Perincari	123	20:18	0	Leuce	118	:12	0
Corindiu	125	:17	40	Nanigeris	122	:12	•
Tangala	123	30:16	45	In sinu Argarico			
* Modura regio Pandionis				* Coryinsula	126	30:13	0
Acur	125	:16	0	INDIAE EXTRA GANGEM			
Batorum mediterranea				situs.			
Calindoca	127	40:17	30	Cap. II.			
Bata	126	30:17	0	Tabula XI. Asie.			
Tallara	128	:16	45	Mucini regio ab incolis hodie nuncupatur, scilicet a Gange usq; Cyambam provinciæ: Indianum etiam minorem hanc uocamus.			
Paralæ Soretanum mediter. ciuitates				Xtra Gâgem India termi- natur ab occasu Gâge flu- vio. A septentrionib. expos- itis partibus Scythie et Se- rica,			
Caljur	129	:17	40				



**Sic.** Ab oriente Sinarum regioē, iuxta meridionalem lineā emissam à fine Se ricæ, usq; ad sinum magnū appellatū, & sinu ipso. A meridie autē Indico Pe lago, & parte maris Paraffodis, quod ab insula Menuthiadæ per lineā paral lelam extenditur, usq; ad opposita ma gno sinui, huius igit̄ partis littorea per hunc modum se habent.

In sinu Gāgetico post Gangis ostium Antibolum appellatum

Cirra deorum

Pentapolis 150 : 18 0

Catabedę flu.ostia 151 20 : 17 0

\* Baracura Emporiū 152 30 : 16 0

Bangella hodie ciuitas fœcundissima, & regnum latissimum.

Tocosannę flu.ostia 153 : 14 30

Argenteę regionis

Samba ciuitas 153 30 : 13 45

Sadi flu.ostia. 153 30 : 12 30

Sada ciuitas 154 20 : 11 20

\* Berabōna Emporiū 155 30 : 10 40

Temalę flu.ostia 157 30 : 9 0

Promont. quod post ipsam est

157 20 : 8 0

In sinu Sabaraco

Besyngitorum Antropophagorum

Sabara ciuitas 159 : 8 30

\* Begynga Emporiū 162 20 : 8 26

Besyngę flu.ostia 162 : 9 0

Berobe ciuitas 162 30 : 6 0

Promont. post ipsam 159 : 4 20

Chryſę uel aureę Chersonesi

\* Tacola Emporium 160 15 : 4 15

Malacha nūc dicitur mire magnitudinis, & Portua galensibus ui capta: quod testatur epistola Emauelis regis ad Leonem decimum.

Promont. post ipsam 158 40 : 2 40

Chryſoanę flu.ostia 159 : 1 0

Sabana Emporium 160: australis 3

Palandę flu.ostia 161: australis 2

Malzucolon promot. 163: australis 2

Attabę flu.ostia 164: australis 1

Coli ciuitas 164 20 : equino.

Perimula 163 15 : 2 40

Perimulicus sinus 162 30 : 4 15

Lestorum siue Piratarum regionis. Regnum Pego dicitur.

Samarade 163 : 4 50

Pagrasha	165	: 4	50
Sobani flu. ostia	165	40 : 4	45
Fontes fluuij	162	30 : 13	0
Thiponobasti empor.	166	20 : 4	45
Acadra	167	: 4	50
* Zabę ciuitas	168	20 : 4	45
Magni sinus. Sinus hic hodie dicitur mare de sur.			

Quod iuxta principiū est magnū promotorium	169	: 4	15
Thagora	168	: 6	0
* Balonga metropolis Ciuitas Pego inter Orientales nulli secunda.	167	30 : 7	0
Throana	167	: 8	30
Doanę flu.ostia	167	: 10	0
Fontes fluuij	153	: 27	0
* Cottatha Metrop.	167	: 12	30
Sinda ciuitas	167	15 : 13	40
Pagrasha	167	30 : 14	30
Dorij flu. ostia	168	: 15	30
Fontes fluuij	163	: 27	0
Aganagara	169	: 16	40
Seri flu.ostia	171	30 : 17	20
Fontes fluuij	170	: 32	0
Alius fons	173	: 30	0
Coniunctio	171	: 27	0
Limes magni sinus uersus Sinas	173	: 17	20

Montes autē in hac parte nominātū. Bepyrus, cuius fines habent gradus

148 : 34 & 154 : 26

Et Mæandrus, cuius fines habent gradus 152 : 24 & 160 : 16

Et Damasimontes, quorum fines habent partes 162 : 23 & 165 : 33

Et Semanthini pars occidētalis, cuius finis habet gradus 170 : 33 & 180 : 26

Hic sunt orientalissimi, ubi à Nicolao Veneto Rhata urbs nominatur.

A Bepyrro uero in Gangem exētū fluuij duo. Quorū eius qui magis septentrionalis est fontes habent partes

148 : 33 0

Coniunctio uero cum Gange 140 15 : 30 20

Fluuij uero qui post ipsum est fontes habent 152 : 27 0

Coniunctio autem eius cum Gange 144 : 26 0

A Mæandro uero fluūt, qui post Gangem

gem sunt amnes usque Bisynga flu. Se-  
rus aut̄ fluuius à monte Semanthino ē  
duobus fontib. fluit. Quorū q̄ occiden-  
talius est grad. habet 170 30:32 °  
Qui uero magis orientalis

173 30:30 °

Iunguntur autē circa 171 :27 °  
A Damasis mōtibus aut̄ fluunt Dao-  
nas & Dorias. Extenditur autē usque  
Bepyrrum Daonas, & Dorias quidē  
ā situ 164 30:28 °

Daonas uero à Damasis montibus  
162 :20 30

A Bepyro aut̄ mōte 152 30:27 30  
Et coniunguntur fluxus circiter

160 20:19 °

Sobanus autem 163 30:13 °

Et qui per Aureā Chersonesum fluūt  
in uicem cōmisercentur, p̄mūm à dorsis  
superiacētibus Chersoneso, sine nomi-  
ne, ex quibus unus ad Chersonesum  
fluens primo Attabam scindit circa

161 30:3 °

Chryoanū uero circa 161 :1 20

Reliquis autem fit Palandas.  
Tenent aut̄ partē hanc ab orientali la-  
tere Gangis per totū latus ipsius, qui  
magis septētrionales sunt Gangani,  
per quos Sarabus excurrevit fluuius.

Et in ijs ciuitates hæ sunt

Sapolus 139 :35 °  
Storna 138 40:34 40

Heorta 138 30:34 °  
Rhaphha 137 40:33 40

Sub ijs uero sunt Marundæ, usq;   
Gangaridas

In quibus ciuitates sunt apud

Gangem ab oriente

Boreta 142 20:29 0  
Corygaza 243 30:27 15

Condota 145 :26 30  
Celydna 146 30:29 30

Aganagora 146 30:22 30  
Talarga 146 40:21 40

Intermontem autem Imaum & Bepyr-  
rum, Tacoræ sunt, maxime ad arctos  
uergentes, Corancal uero sub eis. Po-  
stea Paſſale. Post quos supra Mean-  
drum Tilgedæ. Vocant autem sic Basa-  
das, sunt enim breues, incurvi, crassi, et

fronte latiores, colore albi. Supra autē  
Cirradiā, in qua dicūt gigni optimum  
malabathrū, habitat iuxta quidē mon-  
tem Mēandrū Tamerē Anthrophophā-  
gi. Super Argenteā autē regionem, in  
qua multa esse dicūtū metallū non si-  
gnata, superiacet autē aurea regio, Be-  
syngitis appropinquās, que et ipsa me-  
talla auri q̄ plurima habet. Qui cā in-  
colūt, similiter sunt albi colore, & cra-  
si, et breues atq; simi. Iterū inter Bepyr-  
rū mōtē, & mōtes Damasos, quæ ma-  
gis ad Arctos uergūt, tenent Amina-  
chæ. Et sub ijs sunt Indaprathe. Post  
q̄s Iberingæ. Post Dabasæ, & usq; Mē-  
andrū, Nangologe, qd̄ significat mun-  
dum nudū. Interq; mōtes Damasos &  
limitem qui uersus est Sinas maxime  
septētrionales sunt Cacoba. Et sub q̄s  
Basanaræ. Postea Chalcitis regio in  
qua plurima metallū eris sunt. Sub qua  
usq; magnū sinum Cudutæ, & Barræ.  
Post quos Sindi. Postea Daonæ ad flu-  
eius de nominis. Et post ipsos mōtana  
sunt iūcta regioni Lesterū siue Predo-  
nū Tigres habētia & Elephātes. Hāc  
Lerū siue Predonū regionē qui colūt,  
Ferini esse dicunt, & in specubus habi-  
tare, et pellē habere similē Hippopota-  
mis que sagittis minime traiici potest.  
Ciuitates aut̄ & uicus huius partis me-  
diterranei nominantur. Postea que iu-  
xta Gangem exposita sunt hæ

Selampura 148 30:33 20

Canogiza 143 :32 0

Cassida 146 :31 30

Eldana 152 :31 0

Āsanamara 155 :31 30

Archinara 163 :31 0

Vrathenæ 170 :31 20

Suanagura 145 30:29 30

Sagoda 155 20:29 20

Anthina 162 :29 0

Salatha 165 40:28 20

\*Rhandamarcotta, in qua Naadus

172 :28 0

Athenagurum 146 20:27 0

Manienæ 147 15:24 40

\*Tofalæ Metropol. 150 :23 20

Alosanga 152 :24 15

Adisaga

Adisaga	159	30:23	0
Cimara	170	:23	15
Parisara	149	:22	19
* Tugma metropol.	152	30:22	15
Arisabium	158	30:22	30
Posinara	162	15:22	50
Pandassa	165	:21	20
Sipiberis	170	:21	15
* Triglyphon regia, quod & Trilinum	154	:18	0
In hac galli gallinacei barbatæ esse dicuntur & corui, & Psitaci albi.			
Lariagara	162	30:18	15
Rhingiberi	166	:18	0
Agimœtha	170	40:18	40
Tomara	172	:18	0
Daona	165	:15	40
* Mareura Metropolis quæ et malthura			
	158	:12	30
Lasippa	161	:12	30
Bareuaora	164	:12	50

## Et in aurea Chersoneso

*Chnigaphola nunc & Sian due in Malacha insigne urbes.*

Balonca	162	:4	40
Cocconagara	160	:2	0
Tharra	162	:austr. 1	40
Palanda	161	:austra. 1	30

Insulae autem dicuntur in exposita parte Indie hæc

Bazacata	149	30:9	40
In hac conchæ multæ. Et qui hanc incolut, nudi cōtinuo degere feruntur, uo cariq; Agmatas. Sunt & insulae tres Sinde Anthropophagorum, quarum medium partes habet 152:austral. 8 40			
Bonæ fortunæ 145 15: sub equat.			
Barusse quinque, quarum medium habet 152 40: aust. 5 20			

In ijs Anthropophagi incoleæ esse perhibentur. Similiter alie Anthropophagorum insulae tres, quæ Sabadibæ appellantur, quartu medium 160:austr. 8 30. Iabadij, hoc est, hordei insula, seracissima enim hæc insula dicitur, & præterea aurum multum efficere.

Hinc Chryse & Argyre aurum & argenteum solum habentes insulae Flinio, Melæ & alijs dicuntur, quasi Martianus Chrysera & Argream nominat, & pures enim aurum, & argos argentum dicitur.

Hæc metropolim habet à parte septentrionali fine eius occidentali dicta Argeæ que grad. hab. 167: austral. 8 30 Orientalis uero finis insulae

169: austral. 8 0 Satyrorum insulae tres, quarum interuallum 171: austral. 2 30

Qui has inhabitant, crudas habere dicuntur, quales Satyrorum pingunt. Ferunt & hic aliae insulae cōtinue esse numero decē, Maniolæ appellatæ in quibus dicunt nauigia, quæ clausos ferreos habent detineri, ac ideo illa lignis cōpaganit, ne quando lapis Herculeus, qui circa ipsas gignitur, illa attrahat. Obq; hoc super trabibus ea in sicco mari affuerunt.

Tenere autem ipsas dicuntur Anthro pophiagi Maniolæ dicti. Harum medium gradus habet 142: austral. 2

SINARVM SITVS  
Cap. III.

## Tabula undecima Asiria.

*Mangi & Cyamba prouincie Magno Cham Taratorum subditæ.*

In eæ terminantur à septentrionali triobus parte Serum exposita. Ab ortu Solis atq; meridie terra incognita.

Ab occasu India extra Gagam iuxta lineam annotatam, usq; ad magnum sinum, ac ipso magno sinu, & partibus que deinde adiacet Ferrinis appellatis, ac parte Synarum, quæ habitat Ichthyophagi Aethiopes secundum descriptionem hanc.

*Sinum magnum dixi esse hodie mare de Sur, ad quæ Hispani uersus occidentem nauigando perueniunt, terrestri iuncte duorum dierum interiecto.*

Post limitem sinus qui iuxta Indiā notatus est.

Aspitharæ flu. ostia	175	:16	0
Fluuij fontes, qui ab orientalib. partib.			
Semathini sunt mōtis	180	:26	0
Bramma ciuitas	176	40:12	30
Ambastiflu. ostia	177	:10	0
Fontes fluuij	179	:15	0
Rhabana ciuitas	177	:8	30
Seni flu. ostia	176	20:6	30

Notium promont.	175	: 4	o
Ferini Sinus interior recessus			
	176	: 2	o
Satyrorum promont.	175	: equinoct.	
Sinarum sinus	178	: austr. 2 20	
Hunc habitant Ichthyophagi			
Aethiopes			
Cotiaris flu. ostia	177	: australis 7	
Luxta quod miscetur Seni amni			
	179	: equinoct.	
Fontes fluuij	180	: austral. 2	
* Cattigara Sinarum statio			
	177	: austr. 8 30	
Var Moab regnum recentiores quidam hoc loci statuere.			
Tenent autē regionē, quę maxime ad Arctos uergit, Semālinz supra eiusdem nominis montem. Sub ijs aut atq; monte Acadrx. Post quos Aspithrz. Postea apud magnum Sinū Ambastę, et circa alios sinus Ichthyophagi Sing			
Ciuitates autem Sinarum mediterraneę h̄x nominantur.			
Achatara	178	20: 21	15
* Aspithra	175	30: 18	15
Coccoranagara	179	: austral. 2	
* Sarata	180	: austral. 4	
* Et Metropolis Thinz alias Sine			
	180	: australis 3	
Eam tamen nō xreamoenia habere dicunt, nec quicq; memoratu dignū. Circundatur aut à Cattigaris uerius occa sum terra incognita, mare Praesode amplectens, usq; promont. Praesum, à quo incipit, ut dictū est, maris asperis sinus, terrā cōiungens Rhatpo promont. & partibus Australibus Azaniz.			
T A P R O B A N E S I N S V L A E			
situs.			
Cap. IIII.			
Tabula duodecima Asiae.			
Taprobana, à nostris Samotra sive Sumatra dicitur, ut Joseph Indus, Ludouicus Vartomanus & alij testantur. Huic quatuor reges moderantur, omnes idololatre.			
Ory Indiæ promontorio opponitur promontoriū insulæ Taprobanes, quæ olim Symodi insula dice batur, nūc autem Salice.			
Qui eam habitat, communī uocabulo			

Sale dicuntur, mulierum crinibus omnes ferē tecti.			
Nasci apud hos oriza, mel, zingiber, beryllus, hyacinthus, & uniuersorum metallorum genera, auri et argenti et aliorum. Elephates gignit & Tigres. Eius promontoriū, quod dictū est Cory opponi, gradus habet 126 : 12 30			
Et uocat Boreum promont. Alia autem circumscrip̄io habet in hunc modum.			
Helvetiorum regionem Cæsar describit tribus hisce limitibus, Rheno Rhodano et Iura monte. Errant ergo qui Alsatiā audent dicere Helvetiam. Mons Iura hodie multa habet nomina: incipitq; propè oppidulum Brug ad Arolam flumē, ubi Bœtzberg dicitur, deinde rectā uersus occasum ad Salodorū progreditur, ubi hodie Houuenstein dicitur. Deinde ad Biel opp. & ad Nouum castrum, tandemq; deflectit Genevā usq;. Porrò hodie tota Helvetiorum democratia siue regio in xiiii. ciuitates est diuisa (uulgas angulos uocat, & Franci Contones) quarum nomina, ut publicē in concilijs sedent, hæc sunt: Tigurum, Berna, Lucheria, Vria, Suicia, Syluania, Tugiū, Claronā, Basilea, Friburgum, Salodorum, Schaffhusia, ac Abbatis cella. Undecim tamen dunraxat intra ueros regionis Helvetiæ limites concluduntur. Basilea enim nō in Helvetijs, sed in Sequanis iacet & Schaffhusia in Germania. Porrò ex his tredecim, Vria, Suicia, Syluania, Claronā, ac Abbatiscella, non sunt oppida, sed uicorum conuentus, equata omnium libertate, & ab his, maxime Vris, Suicis ac Syluanis, Helvetiorū nostra rete libertas est orta. Ipsi tamen multis oppidis ac arcibus imperant, contraria atq; in alijs regionibus, more. Hæc Henricus Glareanus.

# HELVETIA PRIMA RHEM



# ET VIII. NOVA TABVLA.



# SECVNDA RHENI

T A B V L A.




Ontinet hæc tabula Marcam Badensem, Vuasgoiā, Vuestricham, ditionem principis Palatini, &c. Thermæ Badenses, ubi Mar- chio ipse residere solet, inuenientur ēpore Antonini impera- toris, circa annum Christi 125. Otto autem tertius imperator, longe postea erexit circumiacentē regionem in Marcā, additis oppidis aliquot, præ- cipue Stolhofen & Etlingen, qua antea fuerūt abbatis Viilzenburgensis. Fri- dericus uero secundus, cum defecisset comitatus Kriechgötens, adiecit Dur- lacum & Heidelsheim, Porro Rastet & Cuppenheim accesserunt ex ditione Eberstein, sicut Phortzen & Cell ex ducatu Sueuico. Nouissime accesserūt re- giones Hochberg & Rœtelen.


## P A L A T I N A T U S.

Fuerunt olim multi & uarij comites Palatini, nempe palatini à Vuittelsbach, palatini à Thubingen, palatini à Schiern & palatini à Rheno, quorum om- nium successiones iam dudum defecerunt, præter Palatinorum Rhenensū, sed qui & ipsi saepe defecerūt, & hodie quidē nulla nominis eorū extaret me- moria, nisi electionis dignitas principatum illum sustinuisse. Primus palati- nus comes & elector (eos enim qui fuerunt ante Ottонem tertium hic omitti mus) fuit Henricus appellatus, cui successit priuignus eius Sifridus, pater san- ctæ Kunegundis. Nam scribunt, quidam, memoratum Henricum uxorem duxisse, relictam principis Brabantini, & filio eius Sifrido tradidisse Palatina- tum. Sifridus reliquit duos filios, Ezelinum & Conradum. Qui cum sine hæ- rede decessissent, Henricus dux Saxoniæ & dux Bauariæ, cognominatus su- perbus, adeptus palatinatum, ob superbiam suā à Friderico primo anno 1180 rursus hac dignitate priuatus est, tradiditq; imperator palatinatum fratri suo Conrado, duci Suevię, qui postea anno Christi 1204. sepultus fuit prope Hei- delbergum in monasterio Schcenavensi. Hic Conradus reliquit unicam fi- liam, Agnetem nomine, quam duxit uxorem Henricus dux Saxoniæ, filius Henrici superbi, factusq; est per eam comes Palatinus. Et cum iste Henricus aliam sobolem præter filiam Gertrudem nō haberet, translatus fuit per eam palatinatus ad Ottонem ducem Bauariæ & comitem à Schiern, cui matrimo- nialiter fuit functa, anno scilicet Christi 1225. Huic successit in utroq; principa- tu filius eius Ludouicus, qui et ipse filium Ludouicum nomine, utriusq; prin- cipatus hæredem reliquit. Et hic Ludouicus duos habuit filios, Ludouicum, qui ducatum Bauariæ retinuit, & Rudolfum, qui partem aliquā in Bauaria cum palatinatu possedit. Et ab eo tempore usq; in hodiernum diem Bauariæ ducatus sequestratus fuit à palatinatu, tam & si tituli nō fuerint discreti. A me- morato enim Rudolfo progeniti sunt omnes principes palatini, qui hodie ex- tant. Et licet ipse Rudolfus per fratrem suum Ludouicum imperatore & du- cem Bauariæ pulsus fuerit à palatinatu, eo quod suffragium suum in electio- ne non dedisset ei, filij tamen eius ob id nō fuerunt spoliati ditione patris, sed successerunt ei Rudolfus & Rupertus, tertius uero Adolhus nomine, licet fu- erit secundo natus, cessit tamen post præmaturam mortem Rudolfi primo- geniti Ruperto, quod is prudentior & regimini aptior esset. Hic Rupertus anno Christi 1346 instituit in Heidelbergensi oppido studium uniuersale. Et cum nec ipse nec Rudolfus prolem masculam relinquere, factus est post mor- tem eius princeps elector Rupertus Adolphi fratri filius: qui dicens uxorem

# SECVNDA RHENI



# IX. NOVA TABVLA.



filiam regis Siciliæ, sustulit ex ea filium Rupertum nomine, qui postea factus est Romanorum rex. Duxit autem iste Rupertus uxorem filiam Burggrauij Nurnbergensis, & genuit plurimos filios, nempe Ottонem, Fridericum, Rupertum, Ludouicum, Ioannem, & Stephanum. Rupertus in ipso iuuentutis flore obiit, reliqui uero fratres inter se diuiserunt patris ditionem. Ludouicus factus est elector, habuitq; uxorem filiam regis Cypri, & fuit executor concilij Constantiensis. Ottoni obuenerunt Molpach & Numarekt, sed in filio eius Ottone nomine, defecit hęc linea. Porro Friderico tulit fors Ambergam Bauariae ciuitatē, mortuusq; est sine hærede. Iohanni cessit in hæreditatē Nuenburg oppidum Bauariae, & is reliquit filium nomine Christophorum, qui factus est rex Danie, & obiit sine prole. Stephano obuenit Zvveybruckē cū annixa ditione, ductaç Anna hærede comitatū Veldenz & Sphonheim, genuit Ludouicū & Fridericum. Ludouicus, cognominatus niger, possedit Zvveybruckē & Veldenz. Fridericus uero in possessionē accepit Siemern & comitatum Sponheimensem. Huic Friderico successit filius Iohannes, Rupertus uero alter filius, factus est episcopus Ratisponensis. Iohanni successit filius Iohānes, qui nostro æuo ducati præsident, uir admirandi ingenij, & plurimis naturæ dotibus conspicuus. Porro Ludouicus elector genuit Ludouicū & Fridericum. Ludouicus genuit ex filia ducis Subaudiae Philippum in ipso iuuentutis flore, moriensq; reliquit fratre filij sui tutorē & principatus rectorem. Philippus factus uir successit patruo, genuitq; multos filios, ex quibus primogenitus Ludouicus hodie principati præsident.

Hęc fortassis propediem in germanica lingua latius describemus,


# TERTIA RHENI TABVLA.

Cōtinet tabula ista Brabantia cuius termini sunt ab oriente Mosa fluuius, ab occidente Scalda fluuius & Hannonia: Holandia à septent. & comitatus Namurci à meridie Inter Rhenum & Mosam comprehenduntur ducatus Clevensis, ducatus Geldriæ, ducatus Iuliacensis & ducatus Limpurgensis. Ducatus Limpurgensis ab Henricis imperatoribus erectus cito defecit, additusq; est ducatu Geldriæ. Anno vero millesimo ducentesimo nonagesimotertio captus dux Geldriæ in bello è duce Brabantie, pro sui liberatione magnam partem de ducatu Limpurge nisi dedit duci Brabantie. Comitatus Geldriæ initium sumpsit anno salutis 935. Postea an. Christi 1329. factus est ducatus per imperatorem Lodouicum. Quo anno & comitatus Iuliacensis dicitur factus marchionatus, ac deinde post triginta annos, erectus in ducatum. Ducatus uero Bergensis seu Montensis primum fuit comitatus, ac deinde factus est marchionatus per Carolum quartum, cuius filius Ventzeslaus paulo post marchionatum sublimauit in ducatum. Metropolis illius ducatus dicitur esse Deusselberg, è regione Geldriæ situm habens. Dominium Cleuense in concilio Constantiensi, anno scilicet Christi 1417. surrexit in ducatum. Ducatus Brabantie successiue multos & uarios habuit dominos. Ab initio fuit sub duce Lotharingie. Deinde anno Christi 1106. Henricus quintus tradidit illū domini de Lothario. Et cum illorum posteritas quoq; desiceret, rursum peruenit ad Lotharingios. Cumq; dux Iohannes anno Christi 1355. sine uirili semine decederet, lia eius Iohanna ducto marito Vuenceslao Bohemo, illoq; mortuo, ducatu præfuit 22. annis, post cuius obitum, sororis suæ nepos nempe Antonius, Philippi ducis Burgundiæ filius, propinquior heres successit in ducatu. Et cum is quoq; sine uirili semine hinc migraret, fratrissui Iohannis ducis Burgundiæ filius Philippus nomine, factus est dux Brabantie, anno scilicet 1434. Subiugauit & Holandiam atq; Selaniam domino suo. Huic successit Carolus filius eius Burgundiæ dux, cuius filiam Mariam Maximilianus imperator duxit uxorem, factusq; est per eam dux Burgundiæ, dux Brabantie, comes Hollandie & Selaniæ, &c.


Locorum quorundam huius tabule interpretatio.

Colonia agrippina	Cēln	Traiectum superius	Mastrich
Aquisgranum	Ach	Traiectum inferius	Vtrecht
Iuliacum	Gülich	Mechlinia	Mechel
Leodium	Lutich	Antuerpia	Antorff Antwerp
Hannonia	Hennengew	Louaniūm	Iōuen
Nouiomagum	Newmegen	Bruxella	Brüssel
Tongari	Tongeren		

# BRABANTIA III·RHENI



# ET X• NOVA TABVLA.



# NIGRAE SEV MAR


TIANAE SILVAE TABVLA. QVAE IN BRIS  
goiam usque extenditur.


**H**abet autem Brisgoia uocabulum à Brisaco metropoli, tametsi temporis successu Friburgū superauerit Brisacum in magnificen-  
tia & diuitijs. Fuit hoc Friburgum circa annum Christi 1100. ex  
uilla in ciuitate mutatum, habuitq; propriū comitem, sed cū non  
conueniret inter illum & Friburgenses, anno Christi 1367. ciues  
se redemerunt ab eo, suppeditante duce Austriz pecuniā, cuius dominio se-  
se subiecerūt. Conditores oppidi fuerunt duces Zeringen, & horum primus  
uocatus fuit Bertholdus, cui successit frater eius Cōradus, & hic habuit filium  
Bertholdum nomine, qui anno Christi 1178. condidit Friburgum in Oech-  
landia. Huic successit Bertholdus filius, qui ex filia comitis à Kiburg duos su-  
stulit filios, sed quos nobiles ueneno sustulerūt. Cumq; ex genealogia illa nō  
superesset nisi Bertholdi soror, quam habuit Egon comes à Furstenberg uxo  
rem, obuenit illi hereditatis iure Friburgum. Cumq; inter comitē illum & Fri-  
burgenses non conueniret, ut iam diximus, Friburgēses tradita comiti magna  
pecunia, elegerunt duces Austriz pro dominis.

Anno Salutis 1450. Albertus dux Austriz fundauit Academiā Friburgen-  
sem. Est parua regio Brisgoia, sed supra modum fertilis in uino & frumento.  
Vinum in multis locis est tam nobile ut Alsaticum.

**NIGRA SYLVA** ab obscuris abiegnis arboribus, quibus hæc regio abun-  
dat, habet denominationem, fuitq; olim pars Hercinī syluz. Terra est ualde  
montosa, aspera & frigida, & ppterēa multis in locis inculta, nisi quod ex abie-  
tibus plurimum passim colligitur picis ac resinx, unde quidam uictum sibi pa-  
rant. Habet etiam habitatores plurima pecora, ex quibus plurimum colligunt  
lactis, butyri & caseorum. Sunt alij qui adminiculo amnium ex mōtibus illis  
proruuentium, proceras arbores edificijs aptas educunt, Rhenensibusq; ciuita-  
tibus aduehūnt, & non paruum emolumētum per annum hinc corradunt.  
Amnes insigniores ex montibus illis profuentes sunt, Kinzig, Murg, Necca-  
rus & Danubius. Oritur autem Danubius non ex monte aliquo magno, sed  
ex terra plana, absuntq; montes ferē per miliare unum germanicum, nisi quod  
fons eius à tergo habet iugum paruum, altitudine decem aut duodecim cubi-  
torum, quo pars illa terre reliqua planicie eminentior est. Et est scaturigo il-  
la non parua, sed tanta ut illico rotas molares suo impetu circumducat. Nam  
oritur fluuius iste, toto orbe celebris, in uilla quadam, quæ ab ipso denominat  
Don Eschingen. Vocant enim Germani Danubium Donaw. Accurrentibus  
autem undiq; ex montium conuallibus torrentibus, crescit illico Danubius, ut  
post dimidium miliare à sua origine, uix possis equo illum traiſere, ubi & tam  
latus est ut uir lapidis iactu uix utramq; ripam comprehendere queat, id quod  
ego Munsterus in Neidingen experimento didici. Sed reuertar ad Nigram syl-  
uam. Hæc in locis planioribus habet infinita oppida, inter quæ insigniora sunt  
Rotwyla, Villingē, Horba, & volsach, & waldkirch &c. Habet & quam plurimas  
arces, presertim Fürstenberg, Zimbern, & vartēberg, Schiltach &c. Habet mo-  
nasteria multa, S. Blasium, Hirsow, Herren Alb, S. Georgium, S. Petrum, Al-  
persbach &c. Imperant Nigrę Syluz Marchio Badensis, Dux Austriz, Dux  
& Wirtenbergensis, Comes à Fürstenberg & alij quidam Comites.

# NIGRA SYLVAX





# LACVS CON- STANTIENSIS.

**L**Acum Constantiensem cū circūiacente regione nouis ob id accen-  
suimus tabulis, quod ob sui magnitudinē mare quodammodo sit,  
& littora eius frequenti hodie hominum habitatione colantur, adia-  
censq; terramīra fertilitate p̄dita sit, uinetis potissimum & arbū-  
stis abundans. Diuiditur autem in superiorem lacum & inferiorem. Superior  
olim Brigantinus, Acronius & secundum alios Acromus, & Podamicus atq;  
Rheni lacus fuit appellatus. Inferior uero, Venetus. Brigantinus, ab urbe Bri-  
gantio & Rheni illapsu usq; ad Constantiam, in arcus cuiusdam formam infla-  
titur. Alterum uero, quem hodie Cellensem uocant, scribit doctissimus Va-  
dianus Venetum appellatum, à colore marino qui cæruleus est. Quare autem  
Podamicus & uulgo Bodensee nominetur, habes apud eundem in epistola ad  
Rudolphum Agricolam. Sed & Thomas Blaureruſ patricius Constantiensis  
de hoc lacu ita scribit. Totum Rheni superioris prospectum mirū in modum  
ornauit natura. Temporum uarietas mutauit uocabula quædam populorum  
& locorum, sed in tabula conspicies immutabilem faciem laci, & quæ nūc sint  
nomina, ex inscriptionibus lector colliges. His finibus quondam situm Gan-  
nodurum prisca xtas commendauit, hodie autem Constantia locum præci-  
pium obtinet. Ea urbs ut appareat ex edificijs ac ciuium imaginib; , ante con-  
cilium, deflorescere coepit. Ceterum s̄ peculantibus e ponte Constantiæ su-  
præ apparent Alpes Rheticæ & totus ille tractus lacus Brigātini & Acronij.  
Inde se condit, quem uisitissimo nomine uocant Podamicum. Is enim sinus  
recedit à flumine uersus arcem Bodmen, sed uulgo Podamicum uocat illū to-  
tum recte & ueteres. Quin eruditos audiui πόταμον nominare, quod per hunc  
Rhenus uelut in alueo dēscendat nusquam resolutus. Suis autem fontibus la-  
cum hunc transuersisq; fluminibus ac torrentibus & scaturiginibus magis q̄  
Rheno oppleri uerisimile est, ut tantum iter quod instat Rheno, is la boret ual-  
de compositus arripere. Sed magno miraculo est, quod à ponte uicinū lacum  
Venetum inter suburbium paradisum, & hinc urbis illinc Enandrenium pa-  
rcua, ex iiii p̄iacisq; maxime cursu allabitur, is quem tot amnes in lacum rece-  
pti comitantur. Fit id forte propter orarum planiciem. In medio aluei, qua ur-  
bem interfluit, pedī quinquaginta altitudinē crater seu uallis subest, ubi uno  
ſæpe iactu p̄ficatoris milia triginta, ſæpe quadraginta p̄fictum trahunt. Nu-  
merant autem non nisi ad halecum magnitudinem accedentes. Nec longe ab eo  
loco ubi in subiacentem lacum ingreditur, ubiq; castellum est Gotlieb, uadum  
habuisse ferunt. Inferiorem autem lacum excedens, ubi Scaphusiam præterit,  
horrendo casu exhibet spectaculum peregrinis, ita ex arduo pre-  
cipito ruens, uelut sub nubibus adito mur-  
muretonat.

# LACVS CONSTA

MILIARIA GERMANICA

I

2



Im  
Madrat  
**Begom**

Nellnburg

Ach

Bolling

Stockach

Suppling

Vberling

Podman

Metnow

Cell

Hobii Twiel

wang

Stein

Rheus fl.

Thur fl.

**Das**

thür gow

Frawñfeld

Burgten

Eischoff zell

Klinigek

**Das**

Pfullendorff

Denckingk

Hylig berg

Altheim

Salmwyk

Meispurg

Hagnow

Bodū see Lacus Podamicus

Magnow

Dingeldorf

Alensbach

Stad

Petrishusen

Lacus

Cōstantien

Augia major

Lacus Venetus

Der Under see

Rychow

Ermating

Costentz

Cōtanua

Münsterling

Guing

Bernang

Stockborn

Pfin

Burg


Wald

Burgten

Hagnwyls

Wyl

# XIIITAB·NOVA




# SVEVIA ET BAVA

RIA. Nulla natio in Germania tam diu retinuit nomen suum ut Suevi, quippe qui longe fuerunt ante Saxones, Francones & Bauaros. Patuit etiam Suevia olim latissime, ut comprehendenter Brisgoiam, Nigram syluam, Hegoiam, Eregoiam usque Tigrum, Lacum Podamicum, Algoiam, Lechgoiam, Vindeliciam, Vuirtenbergum, Kreichgoiam, Marcam Badensem & Rhetiam que est circa Norlingen. Est autem regio ipsa partim plana & partim montuosa, & satis fertilis, in plerisque etiam locis, potissimum iuxta Neckarum fluuium, uinum proferens. Nil est in ea oiosum, nisi quod paludes & syluae occupant. Habet autem multas sylvas & frequentem uenationem, abundat & pecoribus, praesertim in Nigra sylua. Sunt in ea plurima oppida, uillae & uici, sed & arces, natura & arte munitae, praesertim in Hegoia sunt arces quales in universa Germania non inueniuntur, in tam editissimis & precipitibus sitae montibus, que ueluti propugnacula sunt totius Sueviae. In Suevia oritur celeberrimus totius Europa fluvius, Danubius, cuius fontem diligenter in hac signauit tabula. Habet Sueorum natio a Caroli magni temporibus proprium ducem. De hoc enim Carolo legimus, quod duxerit uxorem filiam Gotfridi ducis Sueorum, mansitque aliquandiu ducatus apud posteritatem eius. Postea uarij generis habuit duces, ex quibus Hermannus anno Christi 948. dedit unicam filiam suam Ludolpho Ottonis primi imperatoris filio. Et cum Ludolphus iste absque herede hinc migraret, habuit Suevi ducatus successione multos & uarios dominos, nempe Ottomem a Suinfurde, Rudolphum a Rinfelden, Bertholdum a Zettingen. Pulso Bertholdo Imperator Henricus quartus tradidit ducatum genero suo Friderico a Stauffen. Hic Fridericus duos habuit filios, Conradum, qui factus est Romanorum rex, & Fridericum qui patri in ducatu successit. Fridericus duos habuit filios, Conradum qui factus est Comes Palatinus, & Fridericum qui factus est imperator & retinuit quoque ducatum. Hic fuit Fridericus primus, cognominatus Barbarossa, & habuit filium Henricum successorem in imperio & ducatu, & hic dicens uxorem filiam regis Siciliae, factus est per earex utriusque Sicilię. Cui successit filius eius imperator Fridericus secundus, rex Sicilię & Sueviae. Is autem reliquit duos filios, Conradum & Henricum. Conradus electus in Romanorum regem genuit Conradium. Alij uero dicunt Conradium fuisse Henrici filium, fuitque is Coradinus ultimus Suevi dux & legitimus heres utriusque Sicilię. Cumque in Italiam proficilis ceretur, ut auitum Sicilię regnum possideret, nullas insidias suspicatus, subito captus & contemptus circunductus, tandemque innocenter occisus est a Carolo duce fratre regis Francie, cui Romanus pontifex præter omnē equitatem tradiderat Sicilię regnum, factus innocentis sanguinis traditor. Contigerunt autem hec anno Christi 1167. Quo tempore defecit nobilis ducatus Suevi, nec dux aliquis in ea regione cum titulo isto surrexit, quamquam Rudolphus ab Habsburg & quidam filiorum eius conati fuerint sibi usurpare hunc titulum, sed quem diu retinere nequivierunt. Abolito itaque ducatu Suevi, comites a Vuirtenberg precepit ceteris comitiis quorum plures fuerunt in Suevia, inualuerunt & plurima loca ex ducatu acquisierunt, donec tandem nostro anno Comes Eberhardus sublimatus est in ducem Vuirtenbergensem & Teckensem a Cesare Maximiliano in comitiis Vuormaciensibus anno Christi 1495.

## B A V A R I A .

Hæc regio olim Noricum & deinde Baioaria fuit appellata, extenditurque in Austrum usque ad Alpes, ab occasu uero terminatur ad Licum fluvium, & a septentrione ad Danubium & nonnihil ultra, ad Bohemicam scilicet usque syluam. Profert ea regio magnam copiam frumenti, uinum uero in paucis crescit locis. Abun-


# SVEVIA ET BAVARIA



Lütisch meilen

4 | 8 | 12 | 16 | 20 | 22  
Miliaria Germanica communia

Bamberg




cis. Abundat salis fontibus, unde magnum colligitur ab incolis emolumenū. In Norico iuxta sylvā Bohemicā frequentes sunt ferri minera, & iuxta Athesim in loco qui uocat Schuuat uberrimae sunt argentifodinae, ex quibus annu atim ingens uis eruitur argēti. Irrigatur terra ipsa plurimis piscolis annibus, qui omnes in Danubium exonerantur, augentq; illum mirum in modum. Habet præterea Bauaria à multo tempore proprium ducem, qui & tempore Ottonis imperatoris tertij numeratus est inter quatuor duces imperij. Colligitur etiam ex historijs Bauariam ante Christum natum & aliquandiu post eius natū uitatem habuisse regem, sicut Iulius Cæsar scribit, Ariouistū Alemannorū regem uxorem duxisse, sororem regis Norici. Inuenitur quoq; Garibaldum regem Bauariz tradidisse filiam suam Theodelindam in coniugē regi Lombardiz. Postea anno Christi 612 fuit Teudo dux in Bauaria, & hic baptisatus est à sancto Ruperto episcopo Vuormaciensi, qui & postea episcop. fuit Saltzburgensis. Transactis deinde aliquot annis, ducatus Bauariz peruenit ad Cærolī magni posteros, qui præfuerūt Bauariz usq; ad imperatōrem Arnolphum, qui anno Christi 889 extruxit in Bauaria inter Monacū & Ingoltstadium bur gum nomine Schyern, cui præfecit Comitem palatinum. Ab isto Arnolfo & posteris eius peruenit ducatus Bauariz mediante muliebri prole ad duces Saxonie. Alij asserunt Ottonem imperatorem anno Christi 947. ducatum Bauariz tradidisse fratri suo Henrico Saxonī, qui auus fuit sancti Henrici imperatoris. Cumq; sanctus iste Henricus sine herede decederet, contendebant comites à Schyern pro ducatu Bauariz, uerum nihil efficere potuerūt, cum ducatus flu etuaret iam sub Saxonibus, iam sub Marchionibus Austriae, & iam sub Vuelpis Sueviis usq; ad annum Christi 1150. Quo tempore imperator Fridericus dedit hunc ducatum Henrico duci Saxonum, sublimauitq; Marchionē Austriae inducem, adjiciens prouincias eius aliquot comitatus ex ducatu Bauariz. Postea anno Christi 1180 rursum exclusit imperator hūc Henricum ob superbiū eius ab utroq; ducatu, factusq; est Otto comes à Schyern & comes Palatinus à Vuitelspach, dux Bauariz, & ab illo descenderunt omnes duces Bauariz & Palatinī Rheni, qui ab eo tempore usq; nunc nati sunt. Iste Otto genuit Ludo uicum, Ludouicus alium genuit Ludouicum, & is duos habuit filios, nēpe Rudolfum & Ludouicum: Rudolfo pater dedit Palatinatum Rheni & Ludouicū fecit successorem in ducatu Bauariz. A Rudolfo descenderunt moderni principes Palatini, ut in tabula Rheni illi ostendi. Porro Ludouicus factus est imperator, & inter multos filios duo illi successerūt in ducatu, Stephanus & Albertus. Albertus fixit sedem in Straubingen, defecitq; linea eius in filiis eius. Stephanus diuisit insenectute sua ducatū trib. filiis suis, nempe Stephano, Friderico & Ioanni. Stephani linea defecit in filiis eius. Fridericus uero, cui sorte obuenerat Landshuta, genuit Henricum, Henricus genuit Ludouicū, Ludouicus habuit unum filium, nempe Georgium, qui cognominatur dux diues à Landshut, & filiam Margaretam, quam duxit Philippus Palatinus. Et cum hic Georgius moreretur sine liberis, exortum est temporibus nostris horrendum bellum Bauaricum. Porro dux Iohannes à Monaco genuit Ernestū, Ernestus genuit Albertum, Albertus genuit alium Albertum aliosq; filios, Albertus genuit Vilhelμum & Ludouicum qui isto tempore Bauariz præsunt.

# FRANCONIA.

Hæc & Francia orientalis appellatur, habetq; id nominis à Franco Sicam  
brorum duce, à quo Gallie quadam pars Francia nuncupata putatur. Cum  
enim circa annum Christi 326. implacabile dissidium esset natum inter Thuri-  
ngos & Sueuos, uocatus à Thuringis Genebaldus dux Francorum, eorum  
scilicet qui tunc iuxta ostia Rheni habitabant, ut ipsis contra Sueuos auxiliū  
ferret, uenit cum magna Francorum multitudine, datusq; est eis locus inter  
Thuringos & Sueuos, qui uelut murus solidissimus hos ab illis diremerūt,  
sustuleruntq; dissidium. Duci Genebaldo successit Dagobertus, & tertius aut  
quartus ab illo fuit Gosbertus, sub quo Sāctus Kyianus cōuertit Frācones  
ad fidem Christi. Ultimus dux fuit Hetanus, in cuius defunctilocū Pipinus  
rex substituit sanctum Eurchardum episcopum Herbipolēsem, eidem & om-  
nibus eius successoribus tradēs ducatum Frāconię, anno scilicet salutis 752.  
qui & in hūc usq; diem ducati & episcopati präsunt. Est autē serē tota Fran-  
conię regio fertilis, triticum & omne frumentum legumenq; in ea satum, mul-  
to cum fœnore cultoribus restituēs. Profert & optimum uinum. Alsatico ne-  
quaquam inferius. Terra ipsa pro magna parte plana est, paucos habēs mon-  
tes, sed plurimos colles, prēterim iuxta Moganum flu. qui median perlabit  
regionem, & iuxta Thuberum, qui apud eū uenos natus, irrigataq; Frāconię  
extremitate, ruit in Moganum. Sylvas habet multas, & inter eas quasdam in-  
signes, regionem ipsam quasi propugnantes, ut sunt Cottonica, Speshartica  
& Thuringica. Quidam annumerant & Bohemicam, à qua non procul ori-  
tur Moganus ex monte Fichtelberg, unde & alijs tres profluunt amnes, Na-  
bus, Sala & Egra. Habet Franconia duas ciuitates episcopales, Herbipolim,  
qua & Peapolis & Marcopolis, & vulgo Vuirtzpurgum uocatur, & Baben-  
bergam, quam vulgo Bambergam appellant. Herbipolensis episcopus dux  
est Franconię, non totius, sed maioris partis, cum & episcopus Baberbergen-  
sis magnam habeat ditionem in ea præsertim in Voilandia, & similiter Mar-  
chio Brandenburgensis. In Babenbergensi agro crescit mellea illa radix, quā  
glycerhygam uocant, effoditurq; in tanta copia, ut ingentes currus ea onera-  
ti, in diuersas abducantur regiones. In confinio Franconię est sita celeberrima  
Nurnbergę urbs in arenoso solo, unde nihil ferē commoditatis haberi  
potest, nisi terra ipsa multo labore maceretur, pastinetur & stercoretur. Hinc  
est quod huius urbis ciues omnes exercent artificia, aut negocia intendunt,  
& diuitias quas ex sterili terra eruere nequeunt, ex uarijs ingeniosisq; artifi-  
cijs multo felicius conquirunt. Anno Christi 911. sub Conrado imperatore,  
uel, ut alij dicunt, anno 1140. sub Henrico imperatore erectus est Burggrauia-  
tus Nurnbergen. Et cum circa annum Christi 1275. Burggrauiorum lemen-  
desiceret, rex Rudolphus, comes ab Habsburg, sororium suum Fridericum,  
comitem à Zollern, Burggrauiatui p̄fsecit. Et huius quoq; filius, nepos &  
pronepos comitatum illum possederunt. Cum autem sub imperatore Sigis-  
mundo, Marca Brandenburgen, destitueretur uirili successore, Burggrauius  
Nurnbergensis, Fridericus nomine, obtinuit in concilio Constatiensi, anno  
scilicet Christi 1417. dictam Marcam, erogata magna pecunia quam Nurn-  
bergenses suppeditauerunt, quatenus ab illius iurisdictione liberarent. Sicq;  
præter titulum inanem Burggrauius nihil iuris sibi in urbe retinuit, maiorem  
consequutus ditionem.

# FRANCONIA XI



# NOVA TABVLA



## SLESIA

prouincia regni Bohemici, habet ab oriente con-  
terminam Poloniā, à meridie uero attingens  
Morauīa, habet metropolim Vratislauīa, quam  
Germani Presla vocant, ab Vratislao secundo  
rege Bohemię sic appellatam. Longitudo regio-  
nis extenditur secundū decursum Oderx fluuij à  
meridie in septentrionē octo uel nouem dieris.  
Secundum latum uero patet itinere trium dierū.  
Vtitur pro maiori parte lingua germanica. VI-  
tra Oderam uero loquitur Sclauonice, quæ lin-  
gua communis est Bohemis, Polonis, Sclavis,  
id est, Illyriis, Moscouitis, Lithuaniae & multis  
alijs populis. Abundat regio ipsa omnibus bo-  
nī, nisi quod uinum non habent, infertur ta-  
men ex Morauīa & Vngaria uinum bonum.  
Crescit & circa Crosmam uinum, sed quod per  
Oderam in Prussiam auchitetur.

# SLESIAE DESCRIPTIO

4

8

12

Gemein Tütsch meilen


## Gros Polan.



## Hinische



# V. NOVA TABVLA




# SCLAVO-

NIAE, Istriæ, Carniæ, Croatie, Coruatiæ atque Dalmatiæ descriptionem hæc tabula tibi lector exhibet, unâ cum origine Saui flum̄ insignis, atq; parte Bosnaici regni. Hę autem regiones omnes, præter Dalmatiā, olim uno & generali uocabulo dictæ sunt Illyris, sed postea diuersa nacte dominia, iuxta alios & alios populos, alia quoq; & alia sortite sunt nomina. Utuntur pro maiori parte lingua Sclauonica, præsertim quæ ultra Savum ad mare Adriaticum extenduntur. Labacum etiæ metropolis loquitur partim Germanice & partim Sclauonice, hoc est, Polonice. Parent se re omnes ducibus Austriz preter Bosnenses qui subiiciuntur Turcis. Terra est montosa, quandoquidem Alpes in eam extendantur, desinantes in has regiones.



# DESCRIPTIO TOTIVS ILI



# RIDIS XVI NO TAB


Gemeine Tütsch mein

4

8

12


16





**BOHE**  
MIAE DESCRIPTIO, IN  
qua notantur urbes regie & oppi/  
da & castra Baronū, itemq;  
quæ subscripterint  
Hussitis &  
que nō.

# BOHEMIAE NOVA DE



# ERIPTIO TABVLAXVII



# DANIA ET SCHON LANDIA, NORDVEGIA, SVECIA ET Finlandia.

DANIA habet nomen illud à rege quodam Dano uocato, complectit  
turq; Cimbricam Chersonesum siue lutiam, quam uulgo Dietmarsen uocant,  
Fyonem, Selandiam, quam alij Sialandiam appellant & multas alias insulas.  
Civitates insigniores in Cimbrica sunt, Schleswic, ubi aliquādo fuit ducatus,  
Ripen sedes episcopal, Viburg, Harrusia, uulgo Oors. In Fyone, Ottonia,  
uulgo Othonis, Melphort. Swinborg. In Selandia, Roschilt civitas episcopalis,  
Hafnia, que uulgo Coppenhagen & Kopmanhafen, id est, mercatorū portus  
uocatur. Ibi est regia sedes & studium universale. Schonlandiam ali uo-  
cant, Schondaniam, id est, amoenā Daniam, quam Plinius Scandiam, & aliquan-  
do Scandinaviam appellauit. Vocatur autem sic ob portū & emporiorū com-  
moditatem, ob maritimā opes, lacuum & fluminū pescationes, nobilium fe-  
tarum uenationes, auri, argenti, plumbi, cupri & æris inexhaustas uenas, atq; op-  
pidorum frequentiam. Diuiditur autem in multa regna & prouincias. Nam pre-  
ter Daniam, continet Norduegiam, Sueciam & Gothiam: item Laponiā, Gron-  
landiam, Finlandiam & Islandiam. Sonat Gronlandia uirentem terram, ob insi-  
gnem scilicet prouentum pabuli, quod in ea regione inuenitur. Islandia vero so-  
nat glacialem terram, & hæc ueteribus est Thyle, pro maiori sui parte montosa  
& inculta. Qua parte est plana, præstat plurimum pabulo tam lato, ut pecus  
depellatur à pauci, ne ab aruina suffocetur. Habet rupem & promontorium,  
quod æstuat perpetuis ignibus instar Aetnæ, putaturq; à uulgaribus carcer esse  
fordidarum animarum. Civitates episcopales in ea sunt, Holen! & Skalholten.  
Hetlandia maxima Orchadum insularum, habet episcopalem ciuitatem Orcha-  
dam. Laponia dicta est à populo quo habitatur. Vocant autē Germani La-  
pones & Lappen, qui parum idonea rei præsenti dicunt & faciunt, quos Latini  
ineptos uocant. Hidomos non habent, sed tabernacula quasi castrensis. Fera-  
rum maxima copia est in ea regione. Agrum nō colunt, sed pisces capiunt plu-  
rima copia, edomantq; in farinam. Commercii permutatione & pecunia agunt,  
mutuo consensu tantum, & nullo sermone communicato, quia habet lingua-  
pecularem, & ignotā uicinis. Gens ualidissima est & diu libera fuit & arma su-  
stinxit Norduegia Sueciæq;, donec concessit tādem sub imperio & tributum  
pendit, præciosas ferarum pelles. Norduegia sonat uiam septentrionalem.  
Et fuit hoc regnum aliquandiu florens, hodie uero est sub potestate Danorum.  
Hæc mittit in Europam pescem ex genere Asellorum, frigore induratum & ex-  
tētum in fustem, quem Germani Stockfisch uocant. Captura eius laudatissima  
est lanuario, quando superest frigus ut induretur, & qui clementioribus mensi-  
bus fuerint capti, marcescunt, neq; sunt idonei ut exportentur. Litus Nordue-  
giae a castro Vuardhus usq; ad insulam Fosen totum est infestum uerno tempo-  
re balenis uastæ magnitudinis, adeo quod ad centum perueniunt cubitos. Hæ-  
c tunc gregatim conueniunt ad prolificandum. Et naues que uel in earum corpo-  
ra, uel uortices aquarum, quos hæc faciunt instar carybdis agitatione sua, delatae  
fuerint, pericitantur. Secernit Norduegia uersus orientē a Suecia aspermissim  
& altissimis perpetuoq; niuosis moniibus, qui nullum transitum admittunt in  
Sueciam. Sueciæ regnum diues est argenti, æris, plumbi, ferri, & chalybis, pe-  
coris & prouentu immenso piscium. Huius regni regia Stockholm, quam no-  
sti Holm uocant, Suecorum precipua urbs & emporium, munita natura &  
arte, & sita in paludibus instar Venetiarum. Habet & alias plurimas urbes mul-  
tosq; ducatus. Gothia sonat bonum, hinc Gotlandia bona terra. Habet au-  
tem Gothia plurimas insignes urbes, ut sunt Lincopia, Malmogia, Sudercopia,  
Calmar, in qua aiunt arcem esse haud inferiorem arce Mediolanensi. Diuiditur  
quocq; Gothia in Ostrogothiam & Vestrogothiam. Finlandia interpreta-  
tur pulchram terram. Hæc Scythia occursat, & extra totum Tanaim longe pro-  
currit in Asie fines. Habuit superiori ætate dominum Moschum, hoc uero tem-  
pore sub rege Sueciæ existit. Vtuntur habitatores eius lingua distincta à Danis  
& Suecis, nempe lingua Vuandalorum, qua & Poloni atq; Russi utuntur.

# SEPTENTRIONALES RE

Grönland

Hecklberg  
Island

Fare

Nomoria

Tyle

Mordwe

Hebrides

Orcades

Heald

gia

Pomonia

Eueda A.  
Engel

S. Andres

Schotläd

Edinburg

Aemonia

Das En  
gelsch mōre

Den  
mark

Holatz

Lubec

Camburg

Wittberg

Holad

Srieglands

IONES XVIII NO TAB



# ITALIA NOVA

**I**n Italia peninsula, undiq; preterquā ubi alpibus iungitur, mari cīta  
cta, ab oriente Adriatico, ab occidente uero & meridie Tyrrheno.  
Sunt illi alpes ueluti insuperabilis murus, & duplex ambiens mare  
ceu naturales fossæ. Intra hæc munimēta, nobilissima coeretur ter-  
ra, infinitis penè irrigata amnibus. Hanc Ianus q; et Ogyges ingressus est, quā  
do adhuc erat aurea ætas & iusti homines. Ipse uinū & far primus in Italia do-  
cuit, deorum sacrificia & moderatam comeditionē. Vnde Fabius pictor: Ianus  
fuit pōtifex religiosus, literatus, philosophus, theologus, pater omnium deo-  
rum & hominum, monarcha totius primi generis humani, penes quem unum  
tunc erat totius uasti orbis custodia. Ab hoc Ianu Italia primū appellata fuit  
Ianicula, sicut & Ianua ciuitas ab ipso nomen accepit, quam hodie Genuā uo-  
cant. Hic bifrons pingitur, duas enim facies ante & retro habere dixerunt,  
quod duo uiderit secula, id scilicet quod præcessit & quod secutum est dilu-  
uium. Hic alio nomine Nohe uocatur, primus uini inuentor, unde & Ianus co-  
gnominatus est. Est enim יְהוָה in heb. lingua uinū. Huius uxor fuit Estha,  
cui Romani adjacentes adhuc unam literam fecerunt Vestham, colueruntq;  
pro dea. Porro Græci heb. uocem mutuantes, ex Ianicula fecerūt Oenotriam,  
sic scilicet Italiam appellantes. Fuit & Saturnia à Saturno, & Hespetia ab He-  
spero appellata. Potiores Italiæ partes sunt Histria, Gallia togata, Liguria,  
Tuscia, Vmbria, Latium, Campania, Apulia, Calabria & Græcia ma-  
gna. Sub quibus plurime sunt minores regiones, nempe  
Insubria, Ethruria, Aemilia, Flaminia,  
Lucania, &c.




# VA TABVLA




# • POLONIAE •

ET VNGARIAE DESCRIPTIO. Vngaria regio multo tempore peregrinarum gentium fuit sedes. Olim enim habitauerunt in ea Pannones & Peones, deinde Goths, post Gothos Huni, post Hunos Langobardi, Langobardis rursus successerunt Huni, & tandem occupauerunt eam Vngari anno scilicet Christi 900. Et cum multa mala intulissent toti Germaniz, anno Christi 954. a Cæsare Ottone prope Augustam Vindelicorum casti, humiliores effecti sunt. Postea anno Christi 1006. Sanctus Henricus imperator tradidit sororem suam Giselam duci Vngarorum in matrimonium, ut infidelis vir per mulierem sanctam Christo acquireret id quod & breui factum est, appellatusque fuit in baptismo dux ille Stephanus, primus Vngarie Christianus rex, cui successerunt 28. reges usque ad Ferdinandum, qui hoc tempore regnum illud possidet, & est in ordine viceimus nonus rex. Fuit Vngaria ante paucos annos latissimum regnum, sed per Turcas magna pars estilli adempta. Anno enim Christi 1396. ablata est Bulgaria. Deinde anno 1521. expugnatum fuit Belgradum, vulgo kriechesuwyssenburg, unicum Vngariae contra Turcas praesidium. Polonia ducatus ab imperatore Ottone secundo erectus est in regnum, sed paulo post cum rex cristas erigeret contra Imperatorem, rursum fuit regnum in ducatum redactum, mansitque ducatus tributarius Romano imperio usque ad annum Christi 1077. Tunc cum Germaniz principes sediciosi essent contra Imperatorem Henricum quartum, dux Poloniae propria autoritate sibi imposuit regium diadema, unctus ab episcopis quos in ductu suo habuit. Metropolis totius regni est Cracovia sita ad fluu. Vistulam quam aiunt denominatam & constructam anno 50. post Christum natum a Craco primo regionis duce. Est terra ipsa plurimum nemorosa, habens multa pecora & feras, præsertim equos sylvestres, uros, ceruos &c. Foditur in regno sal plurimum, unde incole maximum faciunt emolumen tum, deinde nemora abundant apibus & melle, que ferè Polonorum sunt diuitiae.

# POLONIA ET VNGARIA




# XX. NOVA TABVLA




# TRANSYLL

VANIA QVAE ET SEPTEM CASTERA vulgo appellata, pars est Vngarici regni, altissimis omni ferē ex parte cincta mōtibus. Loquuntur incolæ pro maiori parte germanice, olim sub Carolo Magno, ut putatur, ex Saxonia illuc translati. Habuerūt olim propriū ducem, sed postq; regio ipsa Christo nomen dedit, subacta ē est regno Vngariz, designatus est à rege Vngariz, Praefectus & gubernator, quem sua lingua uocarūt Vueiuoden. Metropolis regionis uocatur Cibinium, à prēterfluente amne sic appellata, vulgo Hermestat. Post illam secundū tenet locum Pressouia, vulgo Cronēstat, ad quam merces ex Gracia, & hinc rursus ad Budam Vngarie transportantur. Habet regio solum satis foecundum. Iuxta oppidum Meduiisch crescit uinum in magna copia, unde & ager ille uocatur Vueiland, id est, uinifera regio. Iuxta oppida Clausenburg & Saltzburg atq; in Cecilia fodiit sal. Haud procul ab oppidis Schlotten & Altēburg effoditur aurum, sicut prope oppidum Ysenberg ferrum. Alluunt regionē multi amnes, sed precipui sunt Morossus & Altus, quem Ptolemeus appellat Allutum, uterq; nauigabilis.

# TRANSYLVANIA



# XI. NOVA TABVLA.



# GRAECIAE MO'

DERN AE FACIES CVM SVCCINCTO IN  
dice nominum, quę mutationem temporis successu  
acceperunt.

Adrianopolis	Eddrenede	Methone	Modon
Aegeum mare	Arcipelago	Naupactus	Lepanto
Alicarnafus	Mcji	Naxos	Nicisia
Amphipolis	Chrysopoli	Nicopolis	Preueza
Apollonia	Apolline	Nicæa	Nicbea
Athene	Satines	Nicomedia	Nicomidia
Byzantium	Constantinopel, Stampoli	Patmos	Palmosa
Carpathus	Scarpario	Peloponnesus	Morea
Corinthus	Corinbo	Perinthus	Heraclis
Corycyra	Corsu	Proconesus	Marmora
Chios	Scio	Phocæa	Foliauechia
Crete	Candia	Rhodus	Rodo
Dardanis	Seruia, Rascia	Salamis	Coluri
Dacia	Valachia	Samos	Samo
Delos	Sdiles	Sardica	Triadizza
Drepanum	Melecha	Scodra	Scutari
Ephesus	Ephezo	Scopelos	Scopulo
Epidamnus	Durazo	Sicyon	Basilica
Epidaurus	Ragusia, Dubronic	Sigeum	Ianizzari
Euboea	Nigropont	Smyrna	Lesmyrne
Hellespontus	Stretto de Gallipoli	Strophades	Striali
Icaria	Nicaria	Tiberiopolis	Strommizza
Ilium	Troia	Torone	Agiomamma
Lacedæmon	Mizithra	Tragurium	Brazza
Lemnos	Stalimene	Thebz	Thius
Lesbus	Metelin	Therasia	Santorini
Melita	Meilda	Theffalonica	Salonich, Selenie
Melos	Milo	Zacinthus	Zante.
Mesembria	Meximbris		

# NOVA GRAECIA



# XII. NOVA TABVLA



# TERRA SANCTA.

 Acc particularis Syriæ prouincia primum Terra Chnaan, deinde terra Israël & Iudea dicta fuit, ac propter Philistijm seu Palestino rum cohabitationem, Palestina. Clauditur mari mediterraneo, Jordanis fluvio, monte Libano & termino Aegypti. Metropolis eius est urbs toto orbe memorabilis IERUSALEM, princeps prouinciarum, possessio patriarcharum, prophetarum & Apostolorū mater, iniciatrix fidei & gloria populi Christiani, sita in terra optima, que olim habitatoribus suis lac & mel fluens, nūc uero uniuerso orbī remedia salutis & uitæ portigit alimen ta. De Zion enim egressa est lex, & uerbum domini de Ierusalem. Hanc dominus ab initio singulari supra alias terras fauore prosequi dignatus fuit. Cum habitatores eius essent recti & optimi, terra quoque ipsa uariarum opū fuit diues, frugibus fertilis, aquis illustris, optima balsamo & omni rerum genere abundans. Quando uero dei oblitū in uitia prouerbant colebantq; idola, nulli non fuit pesti obnoxia. Bestijs malis patebat introitus, lepra passim omnia corripiebat, nedum corpora hominū, uerum & habitacula atq; uestes eorū, hostilis gladius undiq; habitatoribus imminebat, fames, sitis, clausura cœli, multiplexq; illa maledictio, que Deut. 27. describitur, fines eius peruagabatur, ut iam non terra optima sed infelicissima, inculta, sterilis, omnī dulcedine carens, suos habitatores deuorās, ænea, dura & tota horrida esse diceretur, qualis & in hunc usq; diem esse deprehenditur ab ijs qui eam pere gre accidunt. Cæterum Iordanis efficit nonnullos lacus in terra, præsertim eum quem uocant mare Galileæ: Lacum Samachonitem, quiestate siccatur in paludes, & sylua qua obducitur, in festa est leonibus. Porro lacus Asphaltis, quinque urbium subuersione memorabilis, fumosus est, & nullum corpus animantis recipit, sed tauri & camelī in eo fluitant, etiam homines nandi imperiti, ubi ad ilia usque in eum processerint, attolluntur. Vallis sylvestris est & plena salinis, quam asphaltis lacus inundauit: antiquitus uero cultissima erat, adeò ut ob felicitatem paradiso dei conserretur.

Mansit eius species apud Iericho & Engedi:


ubi adhuc palmeta sunt & horti  
balsami.



# III. NOVA TABALA

Appellationes nominum prisce & recentiores.

Arabia Petrea, Nabathaea. Aroer, Arcopolis. Azotus, Asdod. Bersabee, Gibelina, Iurisaba. Bethel, Luza, Bethuen. Bethlehem, Ephrata. Bethsan, Scythopolis. Cesarea Philippi, Dan, Panes. Lefsem, Neronia, Belme. Cesarea Palestina, Turris stratonis. Apollonia, Colonia Flavia. Emmaus, Nicopolis. Elath, Alla, Aloth. Galilæa, Decapolis, Cæbul. Galilæa superior, Galilæa genium. Gaza, Azæ, Constantia. Gehennom, vallis Ennom, Tophet. Galaad, Trachonimontes. Gerafa, Gerjes, Gadara. Hebron, Kariatharbe, Mamre. Hermon, Siron, Sarion, Samir. Scon. Jerusalem, Iebus, Aelia, Capitolina. Iudea, Palestina, Chananea, Idumæa, Duma, Aedom, Seir. Ioppe, Iapho, Sappho. Lyda, Lidda Diopolis. Mare mortuum, mare salis, mare solitudinis, mare asphalitiis. Mare Galileæ, mare Tyberiadis, stagnum Genesareth, Maron, Samachonitis, Meron, Se mechonitis. Petra, Aretæ. Ptolemais, Acon. Samaria, Sebaste.




SEPTENTRIO

# INDIA NOVA

Notam Indiam tibi lector in ista tabula exhibemus cum infinitis insulis. Dico nouam, quod longe post Ptolemeum ab Europis hominibus fuerit illa extrema orientalis regionis portio cum annexis insulis inuenta. Calicuth uero, Canonor, Cambala, Narsinga, &c. regiones sunt non nouae, quippe quae veteribus, quoque fuerint cognitae, sed noua nomina, & que nouo navigationis itinere nostro tempore cooperunt adiri. Nam ut in tabula nouae Africae scripsimus, Portugallenses hodie circumuestrit tota Africā, & per angustias maris rubri uelificant in Orientē ad Ornum insignem insulam, ad Cambaiam & Calicuth nobilissimum emporium, ubi totius Orientis cōfluent mercatores, comportantes omnia aromatum genera, cinamomum, piper, gariophylū, zinziberim, thus, lacham, ligna sandalij, nuces mucatas, camphoram, pannos sericeos omnium generum, margas & lapides præciosos uarij generis, muscum, aloēn, &c. Nascitur autem in Calicuth & regno Narsinga piper, zinziber, cardamomum, myrobalanum & casia; reliqua aliunde importantur. Spicus nardus & myrobalanum ex Cambaia & uicino regno Cuchino aduehantur. Asportat quoque inde bombix & sericum in magna copia, sicut & de regno Pego. Inuenitur etiā in eo regno onyx, calcedonius & adamas. In Ormo insula legitur uniones in magna copia. Zaylon insula mittit rubinos, hyacinthos, saphyros actopazios. Regnū Malaqua seu Malacha, mittit sandalij, pistacos, elephantes, pardos, &c. Sumatra insula miram habet copiam piperis & serici. Camphora arboris cuiusdam gummi, in Porne insula inuenitur. In insulis uero Monoch & Bandan haud multum à Porne distantibus, crescunt nuces muscatæ & gariophylum. Insula Zipangri plurimo abundant auro, & ingentibus pollet dūtūs. Insulae Petan & utrasque Iaua, maior & minor, proferunt magnam copiam piperis, nucum muscatarum, spici, galangæ, & cæterorum aromatum. In Madagascar insula plurimi sunt elephantes, & idcirco magna est in ea præciosi eboris nundinatio. Sunet etiam in ea multa nemora sandalorum. Huic haud dissimilis est Zanzibar insula, abundas leonisbus, leopardis, & alijs uarijs bestijs sylvestribus. De maximo imperio Cathay, de prouincia Mangi, de uribus Quinsai & Cyamba, multa habes in secundo & tertio libro Pauli Veneti.

# INDIA EXTREMA XX



# III. NOVA TABVLA



# A FRICA NOVA.

**A**frica una ex tribus orbis partibus, latissima est regio multorum regnum, populorum, animalium, fluuiorum, montium & desertorum refer-  
tissima, hodieq; à Portugallensibus circum nauigatur, qui à Portugallia  
soluentes recta in austrum tendentes, primum Gades insulam pretereunt,  
deinde Mederam insulam quz hodie à Lusitanis incolitur, patetq; circuitu 40. mi-  
liarium. Ferax est saccari & uini, Cretico uino nequaquam cedentis. Post Canarias  
adeunt insulas, quarum nomina sunt, Canaria, Teneriffa, Palma, Fracta lacea, Ma-  
gnasors, Grancamaria, Gienera, Ferrū. His relictis Caput album petūt, ubi tellus  
tota est arenosa & deserta, alba & arida usq; ad Nigritas. Succedit Capiti albo Si-  
nus Dargin & insula eiusdem nominis. Est & post Caput album in mediterraneis  
locus quem Hodenum appellant, & hic nullo clauditur muro, sed diuersorium est  
Arabum & statio camelorum. Eius regionis incolz uiuunt ordeo & cariotis, qui-  
bus ubertim abundant. Mahumetum colunt & Christianos oderunt. Senega fluui-  
us qui has terras sequitur & totam ferè Aethiopiam interiorē irrigat, Azanegos à  
regno Nigritarum disternit. Sunt autem Azanegi homines pauperes & menda-  
ces, proditores & prauos seruantes mores. In regno Senegz est locus nomine Ta-  
gaza, unde ingens copia petrei salis auehitur camelis Arabum. Cæterum ferunt  
flumen Senegz deriuari à Nilo, easdemq; uices cum eo habere. Nam ut ille Aegyp-  
tum, ita hic Aethiopiam reddit irriguam. Rex Senegz pauper est & nullas habet  
urbes, nec annuos redditus & præterea regnum eius angustos habet limites. Ha-  
bet regnum Senegz ab oriente regionem Tuchmoram, à meridie uero regnum Gam-  
brz, uersus autem septentrionem Nigro fluuiio clauditur. Sequitur caput uiride, sic  
appellatum quod constum sit arboribus densissimis eisdemq; uirentibus conti-  
nuo ferè anno. Huic finitimum est regnum Gambrz, in quo homines habitant fero-  
ces & sequi, subditi cum rege suo magno regi Mellis, qui magnus imperator Nebeo-  
rum dicitur. Habet regio illa elephantes sylvestres, qui non cicurantur. Huic reg-  
no succedit uersus austrum regio Casamansè à fluuiio Casamansia sic dicta. Hinc à  
sinu Rubro reflectitur Continens in orientem, & antequam peruenitur ad Caput  
bonz spei, extremam Africana terræ aciem, occurunt uarie gentes, inter quas que-  
dam nudz incedunt ut ex matris utero exierunt, carentes omni uerecundia.


Inueniuntur ibi uaria auium genera, præsertim psitacorum multi jugi  
coloris à quibus & terra illa Terra psitacorum denominatur. Reliqua patent ex tabula.

## AFRICA XXV



A Lusitanis ad Calechut Orientis imperium, hoc unice per mare deuenitur. Per latus occidentale Mauritania & Geutiae, Noto deuenitur ad Caput uride, dictum olim Expertias. ibi uisuntur Hesperidum insule. In transita Aethiopia apparet caput australe, quod est Cap. bone spei, exceditq; byemale tropicum novem gradibus. Mox regio se sinuat quo ad Prassum promontorium peruenias, quod Ptolemeus terminum posuit australem; ulterioremoq; plagâ appellauit terrâ incognitâ. In deuteropatet ad Trogloditas, ubi est Zaphala, surisodina, etiâ ueteribus cognita. Hinc transito regno Melinde, per sinum Baræ uenitur in Oceanu Indicu, & demum ad urbē Calechut.

# NOVA TABVLA





# NOVARVM INSV-

LARVM DESCRIPTIO. Infinitus ferè est numerus nouarū insularū, quæ post annum Christi 1490. usq; in hunc diem ab Hispanis sunt inuentæ. Insigniores sunt, America, Cuba, Hispaniola, Fracisca, Terra florida &c. America ab Americo inuentore nomen est sortita, qui anno Christi 1497. ex mandato regis Castilie illā intravit, appellaturq; propter magnitudinē suam Nouus mundus. Et habet plures adiacētes insulas, nempe Parianā, Hispanam, quæ & Offirā, Iamicam, quæ & Iamaica & Lamia, Cubam quæ & Fernandina, Iucatanam, quam incolæ Eccampi uocat, Cozumellā, quæ & sanctæ crucis, Isabellam, Spagnollam, in qua lignū Guaiacum inuenitur, cuius usus est cōtra morbum gallicum. Incolæ Americe mares & foeminae omnes nudi incedunt, uiuitq; in summa libertate, nullū habentes regem aut dominum Nulla iura aut iustitiam servant, nec parentes filios docent aut corripiunt. Arcu & sagittis pugnant cōtra confines suos alienæ linguis. Inueniunt enim in istis insulis multæ & uariæ linguis. Domus eorum sunt cōstructæ instar campanarum firmiter ex magnis arboribus solidatae, palmarum folijs desuper cōtextæ, aduersus uentos & tempestates tutissime. Diuitix eorum sunt uariorum colorum auium plumæ & calculi quos ex piscium ossibus lapillisq; uiridibus aut candidis faciunt, & ornatus gratia ad genas uel aures suspendunt. Viuunt ex radicibus, fructibus, herbis & uarijs pescibus. Carent farre & omni grano. Cōmunis pastus est, arborea quædam radix, quam comminuant in farinam satis bonam. Carnibus nō utuntur praterquam hominum. PARIAS sub tropico Cancris ita est. Et est prouincia illa multum amœna fructiferaq; maximis sylvis plena, que omni tempore florent. Est & populosa & deſa uarijs animalibus & ylueſtribus, præſertim auibus diuerorum colorum. In insula Ity nuncupata, homines nudi quoq; incedunt, & corpus uarijs coloribus pingunt, uarijsq; uolucrum pennis adornant.

CANIBALI seu Canibales ultra equatoriem habitates, crudelissimi sunt homines, quippe qui uicinos homines captos abducunt, mactant & comedunt. Notandum hic, Americā ab alijs uocari Hispanam, quam Christophorus Columbus anno Christi 1492. primus inuenit, & postea Americus quoq; inuentam inuisit. Dominica insula, Dominica die reperta, & hinc sic denominata, in culta est, densis arboribus obducta. Insulam Canibalorum Hispani Guadalípeam, incolæ vero Grachanam uocant. Insulam Sanctæ crucis incolæ uocant Ayay. In Hispaniola 28. torcularia referuntur erecta, quibus magna faccari copia extorquetur.



NOVAE INSULAE X

Cahay

INDIA superior

Quinsay

NO

VVS

Archipelagus 7448  
Insularum

Zipangri

Chamaho

Panuco Ins. Tortucarū

Terra florida

Temistitan

LUCIFERINA

Corone

Bergana

Ins. pdonum



ORI

Insula


Catigan

Ins. infortuna

Calensuan

Mare pacificum

# VI NOVA TABVLA



# APPENDIX GEO-

**G R A P H I C A , I N Q V A T R E S O R B I S P A R T E S S I G I L L A T I M**  
**d e s c r i b u n t u r iuxta m o d e r n u m r e r u m s t a t u m , e x p l i c a t u r a n t i q u a r e g i o n u m & p o**  
**p u l o r u m n o m i n a , r e c e n s e n t u r q u o r u n d a m r e g u m & p r i n c i p i u s u c c e s s i o n e s & g e**  
**n e o l o g i z , a g i t u r d e h a b i t a t o r i b u s , m o r i b u s , r i t i b u s , f e r t i l i t a b i s , m u t a-**  
**t i o n i b u s , e x p u g n a t i o n i b u s t e r r a t u m , a t q u a l i j i d g e n u s p r o-**  
**p r i e t a t i b u s , q u a p e c u l i a r i t e r i n h a c u e l i l l a i n u e-**  
**n i u n t u r e s s e a u c o n t i g i s s e t e r r a , a u-**  
**t o r e S e b a s t i a n o M u n s t e r o .**

*Geographia quam utilis & necessaria  
sit studiosis.*

  
*Eographia iuxta ethymū eius, terræ descriptionem docet, situmq; orbis mani festat. Hec cognitio tam necessaria est studiosis omnibus, ut sine ea nemo feliciter in quacunque arte proficere possit. Vnde de Strabo lib. 1. de situ orbis: Si ad philosophū alia ulla pertinet tractatio, & hanc quam hoc tempore de situ orbis delegimus, considerandam illi esse putamus. Et ibidem: uaria est utilitas geographie: quedam ad res urbanas, actionesq; principum, nonnulla ad cœlestium, terrestrium, rerumq; maritimorum scientiam, animalium, plantarum, frumentum & aliarū, quæ penes uniuersos cernere fas est. Omnia enim huiusmodi, magnum ad capessendam prudentiam comparant adiumentum, cum regionis ingenium, animalium & plantarum formæ ac species perdiscuntur. Maritima etiam apponilicet. Gemini nanq; quandam in modum cōstamus ex uictu: nec terrarum magis sumus quā maris incola. Egregie proinde ille ad præsens institutū sermo mihi uidetur adduci, quod situs orbis descriprio est, ad ciuiles usus maiori ex parte conducens. Rerū nanque gerendatū campum mare explicat, præstat & terra quam incolimus, exiguarū quidem exigua, magnarū uero magna, maximarum autem uniuersa quam habitabilem uocamus, aut orbē, ut amplissimā quidē actionū hic ipse sit locus. Excellentissimos quoque imperato-*

*res illos extitisse constat, qui terræ ac maris imperium adepti, nationes ac ciuitates sub unam potentiam, gubernationemque ciuilem cogere valuerūt. Simpliciter itaque geographiam publicam ciuilem & utilem putamus, sicut & historię descriptionem. Illum enim ciuilem hominem dicimus, non quidem prorsus indoctum, sed qui circularis discipline ac homini libero ac studio confusa partem attingit. Nec enim laudare, nec uituperare, nec res gestas memoratu dignas dijudicare posset is, cui uitutis ac prudentie, earumq; rationis cura nulla extitit. Quibus uerbis Strabo planè indicat, ingenuos animos huus professionis studia maxima decere. Porro cognitio huius nobilissime scientiæ id sui studio prestat, ut percere memoriter quæ si ex libro quodam omnem terræ exactum secundum partium condependentiam sine difficultate possit, tum & insularum omniumq; inter eas stagnationem. Vnde & hæc sibi cōmoditas euenerit, ut nusquam inambulās, solo studio comite, totam cōperte terrę amplitudinē animo peruagari queat, idq; domi suz cognoscere, ad quod inquirendum, uetusq; sumptibus factis miserūt, qui experientur. Cum igitur ob gentium discordias & sectarū diuersitates mundum perlustrare paucissimis datū sit, ut omnia tamen experiamur, sola nos geographia ducere poterit, cuius dono quoties libuerit, quasi in aëre suspeſi, despicere simul omnia regna & cognoscere possis. Præterea eam sibime*

A a moriz

moris evidentiam ex Geographia qui libet parare potest, ut fabulas & historias quocunq; loco contigisse aut concinnatas audierit, illico in eum locum animo uoleret, et uerâ loci habitudinem ex pictura prius perspecta, non intelligere solum possit, sed intueri quoque oculis sibi uideatur. Sed & gemmas, frutices, arbores, herbas, marmora, uariumq; hominum & animalium genus, & quæcunq; à longinquis regionibus ad nos afferuntur, eo facilius quis retinere potest, tum & scriptores ita referentes sine difficultate intelligere, quod animo teneat locū unde ea allata sunt. Postremo constat, geographia studio so facilita ea esse in poematum & historiarum lectione, quæ alioquin omnium difficilima esse uidentur. Nam in illis quod plurimum doctrinæ & ornamenti in se continet, ad terræ cœlicq; attinet superficiem, his tamen seclusis, quæ humanus animus magna prescit, qualia sunt quæ ex philosophie præceptis poëta in sua transtulerunt. Itaq; si ne geographie intellectu, non potest esse absoluta & commendabilis alicuius aut poëta aut historici suscepta interpretatione.

*Geographia quomodo à Cosmographia  
differat.*

 Eographia duplēcēm habet descriptionem, unam cōmūnēm, alterā propriam. Geographia communis est terra, eorumq; que intrā eam & extra sunt, mariū, montium, fluuiorumq; per regiones descrip̄tio, tum historiarum & earum rerum quæ à natura in singulis locis admirandæ relictae sunt & annotatione dignæ. Hoc modo eam Strabo accipit lib. 1. cum dicit: Haud igitur dubitandum est, terræ descriptionis noticiā, quam geographiam dicimus, omnes ad imperatorias actiones adducere, &c. Et hac quidem ratione terram terrenaq; sunt ferè persecuti Mela Pomponius, Dionysius Afer, Plinius, Solinus, Herodotus, pauciq; aliij, qui terrę situm per par-

tes aperuerūt, cœli ratione raro adm̄ dum adhibita, per quod à Cosmographia differt quod h̄c orbē designās, totum amplecti solet, & terræ amplitudine, in quā omnia uergant, supposita, quantitatē & qualitatē obleruare secundū sitū, longitudinem, latitudinem climatum, rationem dierum, noctiumq; longitudinem & breuitatem, syderum uerticalium orientiū atq; occidentiū naturam, cum locorū distan‐tia, natura & positione elemētorū, &c. Hec inquam altera geographicæ diffini‐tio à cosmographia non differt, quem admodum Strabo & huius artis princi‐eps Ptolemeus scripsit de situ orbis opere instituto. Geographia itaq; ista maxime necessaria est his, qui rerū ge‐starum siue quasi gestarum ac fabula‐rum peritiam exactiore habere uolūt. Sine enim hac, nihil aut parum conse‐quitur, quicunq; animum ad historias appulit. Et quanquam geographia sic accepta uersetur circa omne cui mun‐di cœlicq; nomen inditum est, ordiri tam à terra & ab his quæ in terra ma‐ritiq; insignia sunt, conuenit, quod ho‐rum notitia incredibilem usum & utilitatem habeant. Et cum terræ commu‐nem peritiam habuerimus, círculos me‐ridianos ac parallelos & quæcunq; ad cœli rationem pertinent, terrę iam co‐gnitę facilius superinducemus, & per cosmographiam geographiam absol‐uemus. Persuasum etiam studiosis esse debet, hanc doctrinam sine tabularum usu & fidelissima traditiōe, qua singu‐la digestim explicetur, nulla lectione acquiri et retinere posse. Ratio enim picturæ intellectum ad uerū memorię ordinem prouocat, & qua quæc partē locare meditariue debeant, common‐strat. Cumq; quis totius terræ formulæ animo recondit, impendenda est ope‐ra, ut maria quæ intra terras, quæc ex‐tra sunt, suis nominibus discreta discā‐tur. Inde speciatim ad singularū terre‐partium descriptionem descendendū est, nec aliud primum desiderandum, quā ut cuiuscq; partis loca illuſtria, ut paſſim

passim inueniuntur cognoscant. Nam quæ ad omnium locorum exactam cognitionem attinent, uix ex uno scripto re perentur. Tanta siquidem uastitas orbis est, ut quantum ad sui explicatio nem attinet, uix uno aliquo ingenio loca eius comprehendi possint, quo circa opus est, ut cursum eius partes ex fide dignis annotentur scriptoribus.

*Dictionum quarundam, que geographis peculiares sunt interpretatio.*

 Otandum hic in primis, totam terrā, ut Strabo primo libro tradit, insulam quādam esse, sīngens illud per lagus, ex quo supereminet aspicias. Quemadmodum enim ex mediterraneo mari appetat Cyprus aut Sardis, ita ex tota pelagi amplitudine tota terra instar insule appetat. Est tamē discriminē inter insulā & terrā solidā siue cōtinētē. Insula enim est terra aq[ua]s circundata, quæ scilicet à maiore telluris uastitate se iuncta, undiq[ue] mari alluitur. Cōtinens uero dicit, quæ mari non nisi per sinus fracta, tota sibi cōstat & cohget: uel est terra alteri ita cōtinua, ut inde absq[ue] marina nauigatione omnes tres partes terre transiri possint. Sinus metaphorice dicit à sinu corporis, quæ pars est inter pectus & cōple xū brachiorū. Hinc q[uod]a littora curua cōplete sunt maria, uocant sinus. Peninsula est, quæ non planè insula est nec planè cōtinens, sed mari cōcūdata, alii qua tamē parte terre cōnectit, quæ admodum sunt Cherronesiū, ut Taurica, Pelopōnesus, Thracia Cherronesus: item Cymbrica et Aurea in India. Est autē Cherronesus lingua Laconica, & Chersonesus lingua cōmuni, terra ferè undiq[ue] mari cincta, non differēt à peninsula. χείρ est manus & μέσος insula. Portus à portādo, locus iuxta mare cōclusus, quo importan[t] merces & exportantur, ubi naues tuto hyemare possunt, & hoc differt à statio[n]e, in qua ad tēpus solū breue naues stant. Isthmos est arcta terra inter duo maria. Inueniuntur uero duo isthmi, qui pro-

prie isthmi dicuntur, Corinthiacus & Thracius. Fretū opponit isthmo, nā est mare angustū inter duas terras, ut est fretū Herculeum inter Hispaniā & Mauritaniam. Græci πόροι uocant. Alij putat fretu deriuari à fremitu undarum, ut est fretum Siculum, quod eu[er]tū quoq[ue] uocatur Tauromitanus.

Lacus est qui perpetuā habet aquā.

Stagnum uero, quod temporariam habet aquā, hoc est, hyeme collectam ex pluvia. Palus est aqua nimis profunda & latissime diffusa. Fluu[i]s dicitur, quod fluat. Amnis, quod ambiento & circueundo fluat. Regio dicitur prouincia, quod a regibus regatur.

Vrbs & oppidū adiunctā cōtinet. Ciuitas uero ciues. Mōs est pars terræ alta & eminens Ramentū montis, mons est ex alio ortus mōte. Promōtorium à prominendo, pars est montis, que in mare excurrit. Mare est collectio magna aquarum. Oceanum dicitur esse mare, quod uniuersum circuit terrā, & in quo, ueluti in insula, tota natat terra. Hic & mare magnum uocatur. Mare mediterraneum ab occasu ingreditur terram, & est primum angustū, et ueluti per fauces apud Gaditanos terrā in greditur, nec amplius decem millibus passuum patens terras aperit atque in trahit, tum longe lateq[ue] diffusum, littora Africæ et Europe ulq[ue] adeo distendit, ut à Liguria in Africam undecim fere numerentur latitudinis gradus. In fauibus autem Abydenis non est latitudo quartæ partis unius gradus, ubi sci licet Xerxes rex Periarum fecit pontem ab Asia in Europam per arctissimum illud mare, cum oppugnare conaretur Athenienses. Inde mare rursus modice se laxat in Propontidem, quæ in bosphoro Thracio prope Constantinopolim iterum in tantas cōtrahitur angustias, ut etiam teste Plinio alitus cantus, canumq[ue] latratus utrinq[ue] audiatur, nisi cum uenti uocis sonum auferunt. Hinc rursus consurgit latissimum mare Euxinum quod uersus se ptentrionem per bosphorum Cimme

rium ueluti per fauces transmititur in paludem Mæoticam. Incipit igitur mare mediterraneum in Hispania extremitate iuxta Gaditanos & desinit in paludem Mæoticam, acceptans alia in alijs locis cognomina. Iam enim uocatur Balearicum, iam Ligusticum, Tyrrhenum, Carpathium, Aegeum, &c. Hoc mari et duobus inclytis amnibus Tanae & Nilo, terra in tres partes diuiditur, Europam, Africam & Asiam. Et hæ rursum in uaria regna, prouincias, principatus, ducatus, &c. distinguntur, de quorum situ, nominibus, habitatibus, moribus, ritibus, fertilitatib. & alijs id genus proprietatibus, ut hodie omnia diligenter à Cosmographis sunt explorata & cōscripta, nunc nonnihil dicemus, nedum de regionibus nobis propinquis, uerum & de his quæ lōge ab Europa sitq; deprehenduntur, exordium sumētes ab Hispania prima Europe continente regione.

*Hispanie ad Galliam comparatio.*

 Hispania uini, frumenti & carnium copia uincitur à Gallia, eorū bonitate & sapore uincit. Pluuiarum multitudine Gallia fœcūda, Hispani irriguis aquis plurimum utuntur, fossas à magnis fluminibus longissime trahendo. Sæpentrionalibus uentis & frigoribus hęc ut illa nō fatigatur: unde oleum, mel, crocum, rubiam, minium, coccum, saccarum, spatum, libanotidem, limones, cappares, dactylos, citrea mala & punica: alios, quæ aromaticos fructus abundantius producit. Hispanorū temperatura calidior, siccior, & color obscurus: Galiorū frigidior, humidior, caro mollis, & albicans color. Gallicarū foemina, rum maior ad prolem fœcunditas quā Hispaniarum. Grandioribus corporis membris Galli muniti, Hispani durioribus, arctissimo ad cingulum corpore. Galli majori ferocia quā arte pugnant, & plus virium quā consilij in bella ferunt: Hispani contrā. Est semper Hispania equorū perniciitate com-

mendata, quos leuis armaturæ equites tybijs cōtractis pulchre obequitāt, haſtiludia & militares omnes actus sa- pius quā Galli exercētes: sunt tamē Gallorum cataphracti equites in pre- cito. Galli ore libero, Hispani taciturni qui dissimulare melius norint. Galli le- ti, alacres, & in coniuia proni, hypo- crisi: n & grauitatē quam seruant sub- tristes Hispani, penitus refugiūt. Sunt enim Hispani in symposijs minus so- ciales, ceremoniosi, nescio quam seue- ritatem affectantes, quod Galli nō cu- rant. Merum potat Galli, Hispani mul- ta aqua dilutū. Apud Gallos aduenit humanissime excipiūtur hospitijs, nul- lum eis denegatur officium, ad uictam omnia parata proponūtur: Apud His- panos duriter & inciuliter, ut itinere fessus sibi cibum uicatum querere co- gatur. Id efficit quod Hispani non sunt in itineribus ita frequētes, noluntq; tā largiter pro eduljs pecuniam effunde re: nec ad seruitia exhibenda ita sunt proni, ut nec principi cuius rusticus operam dignetur impendere si uisum non fuerit. Sic inueni Hispanū de His- panis scripsisse, qui nunquā Hispaniā uidi. Id quod Damianus quidā Hispa- nus co-égit me annotare. Hispánicus sermo grauior, Gallicus suauior. Ele- gantiori inter Hispanos oratione Ca- stellani latissimi populi utuntur: in Gal- lia uix scias quæ urbs uerè Gallice lo- qua, ut sit sermo ille magis nobiliū & carialiū, quā alicuius certi loci peculia- ris. Est etiā Hispánicus sermo latino, ppinq; suauior. Latior solo Hispania, sed ita populosā: aruo ditior, sed nō mer- taturæ negociatione: nec tot redditus ex hac sicut ex illa regi colliguntur. Gal- lici soli nulla ferē pars est ociosa, His- panici plura sunt inculta et deserta lo- ca. Auepiū & uenatio maior in Gal- lia, & plures altilibus etiā si carius em- ptis, uescuntur. Ex Hispania in Galliā mercatores defertunt Serici, & omnis generis pannos, lanas, crocum, saccarum, orizam, oleū, alumen, grana tin- citorum, geminas & aromata ab Indis accepta

accepta. Ex Gallia in Hispaniam frumentū, Lineas telas, filū pastel, libros, & minutiora alia mercimonia, plura, ut gladios, specula, acus, &c. Est in Hispania principum uirorum, Ducum, marchionum, comitum, & baronum ingēs numerus. In Gallia est quidem nobilium copia, sed maiorum dignitatem pauci admodum principes: quod regis opulentiam auget, qui solus omnia possidet. Duces numerantur in Hispania uiginti, quorum cuiusque annus cēsus quinquaginta ac sexaginta ducatorum millia cōficit. Marchiones uiginti, tantundem ferē reddituum percipientes. Comites sexaginta, quorum annus redditus à decem ad uiginti milia est ducatorum, & alijs quorū plus quam quinquaginta. Alij uicecomites, barones, puerularum prefecti, quos uocant adelantados, uiceregés, gubernatores, mariscates, alcalades, omnes principes uiri, mihi sunt in comperti. Sunt ordinum equitum magni Magistri, ut Sancti Iacobi Alcantare, Calatraue, Rodiensium sancti Ioannis, Montes, equitum quos uocant de Christus, & alijs cognomento Davii. Horum cuiusque redditus millia ducatorum est quinquaginta & plus. Quo ad ecclesiasticas dignitates superior est numero Gallia, nam Archiepiscopos habet duodecim, Episcopos nonaginta sex: Hispania Archiepiscopos nouem, Episcopos quadraginta sex. Cardinalium in utraque par numerus, nempe octonarius. Apud alias inuenio duntaxat septem archiepiscopatus in Hispania, nempe Tarragonē sem, Cesaraugustanum, Toletanum, Compostellanum, Braganum in Portugallia, Vlixbonensem, & Granaten sem. Redditi horum maiores in Hispania, ut unica Toletana ecclesia ducenta millia ducatorum annuatim colligat, & solus Archiepiscopus octuaginta millia. Reliquorum omnium census & nomina describerem, nisi essem forsitan lectori morosus. Vice par lamentorum Galliæ, quatuor sunt in

Hispania iuridici conuentus, in Castella, Granata, Galicia, & Nauarra. Ceterum iurisperitorum & foro litigium multo maior in Gallia numerus. Fidei quos uocat inquisitores in Marranos hereticos et Sarracenos magnā sibi in Hispania uendicant autoritatem, & seuerissime animaduertunt. Est aliud iustitiae genus mirabile, quod uocant Hermandad. est enim ciuitati ternitas iurata, ut in ītu campanæ ex urbibus singulis multa hominum milia armati prodeant, & eū qui deliquerit per universam prouinciam persequantur, nuncijs cursoribus ad alias omnes ciuitates præmissis, ut penē im possibile fuerit euadere. Deprehēsum palo uiuum alligatum sagittis conficiunt. Regna fuerunt in Hispania Maurorum tempore plurima, nuper quinque reges totam obtinuerunt, Castile, Aragonum, Portugallia, Granata, Nauarra: Vnus hodie Carolus Cesar rerum omnium potitur, Portugallia excepta, quæ proprium habet regem. Inquietus est & magna moliens Hispanorum animus, felicis sunt ingenij, sed infeliciter discunt. Semidocti, iam se doctos putant, sapientiam maiorem quam habeant simulatione & uerbositate quadā ostentant, sophistiken plus satis diligunt, lingua Hispanica plus quam Latina in Academijs loqui gaudent, quin & Maurorū uocabula plura usurpant: tandem multis nominibus & contuetudinibus barbariem colunt. Ingenij sui in monumenta in posteros & circuinicinas gentes ob lingue defectum raro producunt, & ipsi semper aliunde libros emendicant. Illud certe barbarum à Gallis cōsetur quod Hispaniæ fœmine aurea uel argentea uirgula aurum ima perforant, gemma aliqua ut plurimum appensa. Ligneo etiam circulo uentre ambiunt, ut latiore incessu pompositores apparent. Nec domo egrediuntur, nisi famulorum præcedētum & ancillarum sequentium comitante ceterua: Galli et uero simpliciter, & una uix pedisse

qua comite. Illud in Hispanicis foemini laudandum, quod priscarū Romānum instar uino plurimum abstinet, illud uituperandum, quod collyrio, mihi & cerusa facie deformant, quia nativo colore sunt minore quam Galliae. Habetur etiā Hispani in religionis ritibus supra mortales omnes superstitionis: per regis soliū & eius uitam gēti litio more iurāt, & oscula manū in salutationibus supplicant. Nomen aliquod à paucis annis bellica fortitudine Hispani sunt adepti plurimis ab hoste partis uictorijs, ut qui laborū, fitis, & tamis in acie sint tolerantissimi, & in stratagēmatibus cautiſſimi, leui corpore, ut facile hostē fugiant & sequantur. Frugalis uite sicut & Itali, nec tantum cibi & potus ut Galli et Germani absumētes: nisi sint inuitati. nam tunc se ad saturitatem explet edulijs, quia rara eis & maiori auiditate, accidit conuicia. Oceani nauigationibus ad incōpertas regiones toto orbe sunt clarissimi. Versus meridiē Africæ fines primi circumnauigauere, ad usq; Calecut & alias orientis iusulas: quod iter Lusitanorum siue Portugalensium est peculiare. Ad occidentem Castellani progressi, post insularum auro diuitiū multitudinem, quam inuenere & imperio suo subiecere, ad ipsum etiam Orientalis Indiæ continentem sunt perduci: in quo indies magis & magis lustrando persistunt. Regionum quoq; que sub Australi polo sunt, notitiam nuper ad epti. De Hispania Iosephus & antiquus Berofus sic scribunt. Tubal nepos Nohæ primus in Bætica fuit rex, cōdiditq; urbem & à se Tubal denomi nauit. Is cum rem pecuariā cum subditis exerceret, uicinā prouinciā Tarraconēsem appellauit, quasi Ταρρακόνη quod sonat hōrum possessionē. Post eū regnauit Iberus, à quo fluvius Iber & regio Iberia denominationem accepit. Sextius rex uocatus fuit Betus, à quo & regio illa Bætica nomen sortita est. Decimus rex, Hispanus, vel ut alii afferunt, Hispalus appellatus fuit,

à quo & tota regio, Hispaniæ nomen adepta est. Duodecimum regem aiunt fuisse Hesperū, à quo Hispania quoq; Hesperia appellata est. Decimū septimus fuit Lufus, unde Lusitania nōmē accepit. Et cum Romani rebus in Hispania potirent, diuisa est regio in Bœticam & Tarragonēsem, duravitq; hec partitio usque ad tempora Attilæ, qui aliam in regione illa fecit prouinciatū diuisionem. Nouissime in quinque discriminata est Hispania regna, nempe Galiciæ, Nauarræ, Castellæ seu Castiliæ, quæ & Legionis regnū uocata est, Cataloniæ, cui & Arragonia annexa est, Portugallæ & Granatæ, Galiciæ regnum amissō legitimo hærede Tarragonensi incorporatum est.

Inter duas Baleares insulas, maior abest ab Hispania diei unius nauigatiōne. Minor ad orientem spectat nutritius plurima utriusque generis armata, præcipue mulos, qui & sunt magni & sonora uoce. Vtraque insula fertilis est, referta habitatorib. qui scilicet 30. hominum milia excedunt. Oleo carrent. Habitant in saxis concavis, iuxtaq; præcipites petras. Aureo nummo aut argento non utuntur. Mulieres summodū diligunt, ut mulierem à predonibus captā, tribus aut quatuor redimāt uiris. Cum olim cum Carthaginensis militassent ex stipendio impenso, mulieres ac uinum emptum secum tulere. Funda utūtur in prælio, & iacit lapides ita robuste, ut ab aliquo tormento lapis missus uideatur. In urbium expugnatione lapidū iactu eos qui supra ex propugnaculis mœnia tuentur, vulnerant. Ita recte propellunt lapides, ut raro effugiat iactū appetitus locus, quod ei cōtinuus à pueritia usus præbet, a matribus ad id certamen coetus. Imponunt enim supra erectum lignum pānē pro signo quod iactu pertant, neq; ante cibum capiūt, quam panem lapide electum pro cibo sumunt permisum a matris.

Quorundam

Quorundam priscorum nominum transmutatio.  
 Ana flu. nunc Guadiana  
 Bætica, nunc Granata  
 Bætis flu. Guadalquevir  
 Iunonis templum S. Maria  
 Bælon Tariffa Barbesola Berbesul  
 Calpemons Mons Gibraltar  
 Abdera Almeria  
 Balaris Baria Ilurgis Illora  
 Iulia Belia Obulcum nunc ubeda  
 Illipula, nunc Ilipa  
 Illiberis Granata  
 Osca, nunc Huescar, Guesca  
 Ispalis Sebilla Astigis Ecija  
 Gadira, Gades Calix, Caliz  
 Lusitania Portugallia  
 Sacrum promont. Cap. S. Vincentij  
 Oliosipon Lisbona  
 Doria fl. Duero  
 Pax Julia Pace & Badaioz  
 Norba Cesarea Alcantar  
 Augusta Emerita Merida  
 Geræa Caceres  
 Flauum Brigantium Compostella  
 Easo S. Sebastianus  
 Carthago noua Cartagena  
 Alone Alicante Iber flu. Ebro  
 Tarragona Tarragona  
 Barcinon Barcelona  
 Rubricatus flu. Lobregat  
 Blanda Blanes  
 Emporiæ Empories  
 Idubeda mons Iubalda  
 Nouium Noia  
 Vxama osmes  
 Tagus flu. Tajo flu.  
 Celticum promont. Algarben finis terræ  
 Numantia Soria  
 Pompeion Pamplona  
 Gerunda Girona  
 Gallica flauia Fraga  
 Aquæ calidæ vicus, Vich  
 Lucus Augusti Olua & Lugo  
 Germanica legio Leon, Legion  
 Brigetium Oviedo  
 Bræcara Augusta Braga  
 Araduca Arzua  
 Pallantia Palentia  
 Octodurum Toro  
 Pintia vallis Oletana & valla dolis

Cantabri Bizzcaia regio  
 Vellica victoria  
 Braum Burgus  
 Viruesca Briuesca  
 Segortia Segovia Oliba oili  
 Minius Migno  
 Templum Veneris Cap de Creus  
 Cæsar Augusta Saragoza  
 Dertosa Tortosa  
 Bigerra Beiar  
 Ilerda Lerida, Leida  
 Mantua Madrid  
 Complutum Alcala

## De Britannia &amp; Hybernia


 Ritannie insula diuisa est in Anglia Vuallia & Sco-  
 tiæ. Subdiuidit Vuallia quæ & Cæbria, & populi  
 Vuales, in Cornubiæ, si-  
 ue Cornualliam quæ ab ipsis Corne-  
 ual dicitur ad promontoriam que Prole-  
 matus uocat Damnoniæ & Ocrinum,  
 quos populos ipse Cornabios appel-  
 lat. Item in partæ eam que est inter Sa-  
 brianæ & Denæ flu. ubi regio quedam di-  
 cta Venodocia, hodie Noruallia, &  
 populi Northuuales, id est, septentrio-  
 nales Vuales, ab alijs dicti Norgales:  
 & regio altera siue prouincia dicta De-  
 mecia, hodie Southuallia, & populi  
 Southuuales, id est, meridiionales Vu-  
 ale: & pruincia alia dicta Vuestuallia,  
 id est, occidentalis Vuallia, & populi  
 Vuestuuales. Angliæ & Vuallæ rex u-  
 nus imperat, Scottæ alter. Sita insula  
 est in Oceano inter septentrionem et occi-  
 dentem, undiq; à circuifuso mari cople-  
 xa, nufç pñcta Cötinenti, sed ab omni  
 orbe diuisa. Hec primo Albion, ab al-  
 bis rupibus (que primi illuc nauigan-  
 tibus apparer) dicta est. Postea Britan-  
 nia appellabatur à Bruto Syluij Post-  
 humi latînorū Regis filio, Duce quo-  
 rundam Troianorum, qui quadraginta  
 annis post Troiam à Græcis deletâ,  
 classe in hâc insulam uenere: atq; Abo-  
 rigenes, tunc eam incolentes ad unum  
 occidere. uerum post Brutii obitum su-  
 perior insula pars Loëgria dicta est, à  
 Locrino Brutii primogenito, nunc An-

glia ab Anglis Saxonibus Germanicis populis, qui eam incolueret, & Britones ferè omnes in Vualliam expulere, tertiam insulæ partem, quæ olim Cambria à Cambro Bruti filio uocata est. Partem uero insulæ inferiorem in Septentrionem uergentem (quæ antiquitus Albania ab Albanaco Brutifilio) Scotti occupant, à pictura corporis sic nuncupati, à quibus Scotia dicta, Gallois amicissimi, Anglorumq; Regi maxime infesti. Hæc pars tenui fretu ab occidente, Tuesti fluuiò ab Oriente, & medio Ordolucis montibus, quos uocant Cheuiet, ab Anglia dirempta est. Indiscreti Scotorū habitus, indiscreta ferè omnia, eadem ferè lingua, ijdem mores, subita ingenia, & in ultiōem pna, ferociasq;. In bello fortis, inediæ, uigilæ, algoris patientissimi, decenti forma, sed cultu negligentior: inuidi natura ac ceterorum mortalium contemptores: ostentant plus nimio nobilitatē suam: ut in summa etiā regestate suū genus ad regiam stirpem referant, necnon dialecticis argutij sibi blandiuntur gaudent mendacio, nec pacem colunt ut Angli. Lapidū carbonum ad calefaciendum est usus ita cōmuniſ, ut mendicantes à prætereuntibus eos in eleemosynam petat: Insula hęc Triangularis est forma, & Sicilię maxime similis: quę ab ortu Germaniam, à meridie Galliam, ab occasu Hyberniā insulā & à Septentrione orchades 30. prospicit. Huius lōgitudo à Totenesia, in Cornubia, usq; Catenesiam in Scotia 800. millibus passuum: latitudo scilicet à Menenia, in Vuallia, usq; Dorobernum 300. millibus passuum: & ambitus 3600. millibus passuum constat. Cęſari commentariorū lib. 5. uicies centum millibus passuum constat, nam latus contra Galliam à Cautio ad Dannonium 500. occidentale 700. tertium latus 800. milliaria continet. Loca sunt tēperatiora, quam in Gallia remissioribus frigoribus, caloribusq; opima frugibus, atq; arboribus, & alendis apta peribus, ac iumentis, quorum est ma-

gnus numerus, & præcipue ouīū, quia nulli sunt lupi. Vinum olim nō gignebat, iam uero vineas habet in quibusdam locis, habet aurum, argentum, ferrum, plumbum, stannum, & carbonem abunde, hinc efferuntur pelles, & canes ad uenandum aptissimi. habet prægrandia flumina piscoſa, alternis motibus bis cottidie modo in pelagus, modo retro fluentia, habet fontes salinariū habet & fontes calidos, habet gemmas, margaritas, & lapidem Gagatem plurimum optimumq;. Dies longissimus horarū 18, deprehenditur, & estate lucida sunt noctes. Hominiū est infinita multitudo, qui diu (ut ait Plutarchus) uiuunt. Anglorum lingua ex populorum diuersitate cōposita, intellectu, scientiaq; loquendi difficilima est. In bello sunt intrepidi, optimi q; sagittarij, opulentissimi, & mercimonijs uel maxime dediti, celebresq; nobilitate, ob bone langē copiam. Præter alia muſicam, & lautas mensas proprie sibi uendicant. Exruleis sunt oculis, & facie adeo sunt uenusta, & statura procera, ut beatus Gregorius cum forte Anglorum pueros Romanū uideret uenales (alludens patrī uocabulo) Bene, inquit, Angli dicuntur, quia uultu nitent ut Angeli, optaret illis iter salutis xternæ administrare: quod factum est, ut ait Beda, anno à uirgineo parti, 156. Lucio Britannorum Rege id per epistolā ab Eleuterio Papa postulatē, Antonio & Commodo Romę imperatibus. Sunt in Anglia Archiepiscopales sedes duę, Cătuariensis & Eboracensis, Episcopales 19, ciuitates ferè 50. oppida 136. prouinciz. 63. Ducatus uero & comitatus pauci admodum. Hybernia alia insula huic uicina quam Hyrlandiam uocant, Anglorum regi paret, ad occidentem posita, dimidio quam Britannia minor. Adeo pauperosa est, ut ibi pecuaria (nisi estate à pastibus arceantur) in periculum agat saties. Nullum noxiū animal gignit, non araneam, non ranam, nec aliū aliunde inuecta. Omnia noxia anima

animalia ab alio asportata solo, pulueri iniecta necat. Apes in ea non repe-  
niuntur, mira cœli temperies, fertilitas  
insignis. Gens tamen inhospita, incul-  
ta, & crudelis. Venationi & ludis, ma-  
gis quam agrestibus operibus dediti.  
Porro de Scotia & Hybernia Polydo-  
rus ita scribit. Scotia alterū huius insu-  
læ regnum, passim portus habet tu-  
tos & aditus marinis aquis periusos,  
item lacus, paludes, fluuios, fontes lon-  
ge plenissimos piscibus, necnon mon-  
tes & in summo montium æquatam  
agri planitiam, pecoris pabulum uber-  
tim suppeditat, sylvasq; feris plurim-  
um abundantes. Quorum illa loco-  
rum commoditatibus etiam sustenta-  
ta, minus unquam debellari potuit, cum  
ad sylvas & paludes præstò ubiq; gen-  
tium sit profugium & ad famem tole-  
randam, serinx carnis ac pesci pastus.  
Circum Scotiam in Hybernicō mari  
sunt amplius 40. insulæ, à Plinio Bri-  
tannicæ dictæ, quas alij Meuanias, alij  
Hebrides appellant. Harum plures in  
longitudinem minimum patent mil-  
lia passuum 30. in latitudine uero haud  
plus 12. In ijs Iona est, veterum Scoto-  
rum regum sepulchris clara, incole au-  
tem omnes hybernice loquuntur, id  
quod declarat eos ab Hybernis origi-  
nemducere. Ultra Scotiam uersus se-  
ptentrionem Orchades insulæ sunt nu-  
mero autore Prolemeo 30. partim in  
Deucalidonico, partim in Germanico  
sitz oceano, quarum caput vocant Pa-  
moniæ, quod in ea locata sit episcopa-  
lis sedes, que sub Scotti imperio sunt.  
Insulæ lingua utitur Gothica, quod  
arguit eos à Germanis oriundos. Sta-  
tura sunt procula, semper fano fermè  
corpore pariter atq; mente, quo fit ut  
multo longissimam degant etatem, &  
piscibus plurimum uicitant, nam ter-  
ra continuo propemodum frigore ob-  
sa, multis in locis uix frumentum fert,  
arborem uero penè nullam. Post Or-  
chades Thyle est, quam nunc llam di-  
cunt, Ab ea unius diei nauigatione, ut  
ait Plinius, mare concretum, in quo

Islandia est, ad quam etiam nunc mer-  
catores Angli pisces emendi causa in  
singulos annos estate commeant. Et  
qua uersus Arcton ultima est, idcirco  
sunt, qui eam Thulen esse arbitrentur.  
Ceterum Scotti qui meridionalem in-  
colunt partem multo meliorem, bene  
morati sunt, & ut humaniores lingua  
utitur Anglica, & cum rare hic sylva  
igneum faciunt ex lapide nigro, quæ ex  
terra effodiunt. Altera septentrionalem  
ac montosam, tenet genus hominum  
longe durissimum ac asperum, qui syl-  
vestres dicuntur. Hi lago & interiore  
tunica hybernicō more, tincta croco  
amicuntur, nudisq; genutenus tibis  
incedunt. Arma sunt arcus & sagittæ,  
cum ense admodum lato, & pugione  
una tantum ex parte acuto. Omnes hy-  
bernice loquuntur, quorum uictus in  
piscibus, lacte, caseo & carne colisit,  
qua proprie magnum pecoris nume-  
rum habent. Differunt ab Anglis Sco-  
ti legibus & institutis, quia isti ciuile  
ius usurpant, uti ceteræ fermæ gentes,  
illi vero municipale tantum habent.  
Quedam alia indiscreta sunt, lingua;  
sicut dictum est, eadem: idem habitus  
corporum, eadem in bello ferocia, ac  
nobilitati idem à pueris uenandi studi-  
um. Domicilia ruri angusta, stramætis  
aut palustri arundine tecta, in quibus  
ipsi pariter ac pecora stabulantur. Op-  
pida extra fanum lohānis, nullis sunt  
cincta muris. Valent item ingenio, id  
quod doctrina declarat, nam ad quan-  
cunque se applicant artem, in ea facile  
proficiunt.  
Hybernia insula in Oceano inter Bri-  
tanniam atq; Hispaniam posita, ab or-  
tu habet ipsam Britanniam unius diei  
nauigatione propinquam: & Galliam  
ab Austro, Hispaniam trium dierum,  
ut aiunt nauali cursu affinem ab occi-  
dente: Oceanum infinitum à septen-  
trione, nec multum distat à Scotia. For-  
ma eius oblonga ad similitudinem oui,  
ac à meridie, ut etiæ Britanìa est, in se-  
ptentrionē protensa, ubi latior est. Hy-  
berniam ab Hybero duce homine Hi-  
spano

spano nominatam ferunt, qui primus magna hominum congregata multitudine, eam occupavit: siue ut alij sentiunt, id nomen iulit ab Ibero flumine Hispania celeberrimo, quod illius accolé priuatu habitassent: aut ab hyberno tempore, quia ad occidentem uergit, sed ille uerisimilius est, ut uel à duce Hispano uel à flumine Ibero dicta sit, quādo Hyberni cum habitu corporum, tum uiuendi ritu atque moribus non ualde discrepant ab Hispanis uicinioribus. Scotti à Scythia profecti expulsis prioribus incolis, aliquandiu Hyberniam tenuerunt, ab seque Scotiam appellarūt. Sed posteaquam illi longo post tempore Pictis sue nationis hominibus foederi iuncti supremam Britanniae partem, quę ad septentrionem uergit, occuparunt, & ipsi Hyberni sensim pristinū nomē redditū est, & pars illa Britanniae à Scottis occupata, Scotia dicta est. Spacium Hyberniae dimidio minus quam Britanniae estimatur, quod non amplius miliaris 300. in longitudinē, & 90. in latitudinem pateat. Ceterum solum & cœlū haud multū differt, nisi quod Hybernia montosior est, & aquarum abundantior, quippe quę in aditissimis etiam montibus paullum paludes & stagna habet. Mira cœli temperies, fertilitas terra insignis, & si Hyberni agri cultura parum studēt. Nullum gignit ueneno sum animal, nec aliunde illatum nutrit, maleficum habet lupum & uulpem: reliqua omnia animalia māsuta & corpore minora quam alibi. Hybernia omnis diuisa est in quatuor partes, quarum unam quę ad austrum spectat Momoniā appellāt, alteram borealem Hultoniam, tertiam quę ad ortum solis uergit, Luginiam: quartā occiduum Connaciam. Parent regi Anglo, unde & mores imbibunt honestiores. Momoniā à Luginia Suerus flumen qui ad Vatfordiam portum facit, quo ex Anglia breuior est transmisus, & à Connacia Sinneus diuidit, cuius principalis occidentalis orę ciuitas est Lamiricum, quod Sinneō omnium

totius Hyberniae fluminum maximo alluitur.

Nominū quorundam in Anglia & Scotia mutatio	
Iuuerna ibernia	
Iuernia Irlandia	
Bubinda flu. slayne	
Voluntij vsluntij	
Regia Riga	
Albion Anglia	
Deua flu. Dee	
Tisobis flu. Convey	
Tuerobis flu. Abedey	
Ratostathybius Vista, vsk	
Bolerium S. Burien	
Tamarus flu. Tone	
Cantium promont. Kent	
Ripa alta Roxenburg	
Varar Dunbor	
Celnius flu. Ale	
Vedra flu. Ewere	
Iamesa æstuarium Tamefis	
Vodiz Ganaforda	
Sacrum promont. Salange	
Logia flu. Bone flu.	
Blani Ebani	
Mona insula Man	
Britannia Albania	
Nouius Cloit	
Stuccia flu. Seyst	
Tobius flu. Touue	
Sabriana Seuerne	
Ocrinū promont. Mons S. Michaelis	
Ifaca flu. Ex	
Cantuaria Canterbury	
Loxa flu. Fyrib flu.	
Tuesis Tuuede	
Diua flu. Swanþek	
Abus flu. Humber	
Oxellum Chestre	
Alata castra Edenburg	
Tuesis Berwikh	
Caturactonium Caerdulia	
Mediolanium Manchester	
Lindum Lincolnia	
Londinum London	
Aqua calidæ Bathæ	
Counium Dorcestre	
Tamare Tauerstock	
Legio Leskerd	
Vectis insula Wight	

Orrea Newcastle  
Deuana Banburg  
Eboracum York  
Deuana Doncastre  
Caleua Oxonia  
Luentinum Pouesland  
Venta Brisboun  
Vxella Krechornwel  
Isca Excestre  
Toliapis Teno, Tenet  
Counos Schepay.

## De Gallia.

**G**allorū nomen magno fuit it olim Romanis, Grēcis & Asiatīcīs terrorī, capta di- rataq; ab eis Roma, uictis Macedonibus, & subacta ea Asia par- te que ab eis Galatia siue Gallogrēcia dicta est. Mira foeminarū Gallicarum fuit & est fecunditas, ut plurimas semper emiserit Gallia colonias: nec ho- die potest Galicū solū eos ferre, quā multa milia, inferioris fortis homines, in Hispaniam ac Germaniam quotan- nis migrant. Soli item fecunditas non minor, ut Itali & Hispani sapissime so- leat à Gallis frumenta desiderare, unde Matuanus: terra hominū frugumq; ferax. Galli primo dīcti à lacteo et can- dido colore, yā enim lac dicit. Fran- ci hodie uocātur à Francis Germaniz populis, à quibus Gallia ferè tota suba- cta est. Si mores hominū nosse cupis, ignea mens Gallis, mobile pectus, re- tum sitibū nouarum, lēti, alacres, & in conuīnia proni. Causidicorum no- men apud Iuuenalem obtinuerat Gal- li, hodieq; tenent, ut qui forensia litigia pro re interim minima concident: quod Germani & Hispani nunquam nisi coacti faciunt. Vnde affirmare au- sim plures esse aduocatos, procurato- res, & tabelliones in una Gallia quam in decem Germanijs ac Hispanijs. Se- natorum ordines, Parlamenta uocant, in aliquot urbibus pulchre sunt instituti, ut Parisijs, Rothomagi, Tolose, Bur- degaliz, Gracinopoli, &c. Quatuor cuique presides, & consiliarij plurimi.

H̄i quasi Druidum cōciliū successores de rebus magnis & appellatiōe remo- ta sententias ferūt, Arresta uocāt, quā deinceps pro lege seruantur. Nec cau- fidicis tantum, sed altiarum omnium di- sciplinarū professoribus est Gallia re- ferta. Testis Parisiensis Academia, post ipsam Tolosana iurisperitorum ma- ter, & alia plurimæ: sed omnium que in orbe sunt clarissima Parisiensis. Ad quā uniuersi ex Europa ferē Christia- ni ad theologiam, philosophiam, ac lis- berales ceteras disciplinas ediscendas concurrunt. Duodecim præterea uī- ros ex omni nobilitate electos, Frācīz pares appellatos, à Caroli magni tem- pore obseruat Galli. Sex ecclēi iastici, quorum tres duces, Remensis archi- episcopus, Laudunensis, & Lingonen- sis. Tres comites episcopi, Bellouacē- sis, Nouionensis, Catalaunensis. Secu- larium tres duces, Burgundius, Nor- mandus, Aquitanicus: comites tres, Flandrensis, Tholosanus & Campa- nus. Horū sex nullus hodie in Gallia extat, ipsome Rege illos sibi titulos uendicāt. Flandriæ porro comitatum Carolus Cesar possidet cum Burgun- dia comitatu, Holandia & Brabantia. Cetera que in Galliæ tabula continen- tur, Rex ipse possidet, excepta Rhēnī ripa, hoc est, exceptis regionibus qua Rhenum ab occidente contingunt, ut sunt Heluetia, Alsatia, Valtū regnum, Eyfalia, Brabantia, Geldria, &c. Lo- tharingia etiam proprium habet du- cem, sicut et Subaudia. Caletes Anglo- rum Regi parēt. Heluetiorū regio de- mocratia regitur. De rege Galli duo memoranda ferūt, de quibus tamen multi dubitant. Primū, quod sit in Re- mensi ecclesia uas crismate pērenni re- dundās ad regis coronationem cœli- tus misum, quo reges omnes liniūt. Alterum, quod Rex ipse solo cōtractu strumas siue scrofulas curet. Vidi ipse Regem plurimos hoc languore corre- pts tāgentē, an sanati fuerint nō uidi.

De Gallia Strabo sic scribit. Gallia omni ex parte spargitur fluuijs. Qui- dām

dam oriuntur ex alpibus, quidam ex Pyrene & alijs ex Cemmeno monte, qui prope Lugdunum desinat. Nonnulli horum fluiorum in Oceanum, aliqui in mediterraneum mare erumpunt. Et sic natura bonitate inuicem se habent amnes: ut ab utroque in utrumque mare facile sarcina deportentur, pusillo terre stris itineris spacio, quum plurimum per amnes aut aduersos aut secundos deuehantur. Excellit autem inter fluvios Rhodanus, in quem ex multis locis aquae defluunt. Aliunt præterea nullam partem Gallie incultam iacere, nisi ubi paludes aut sylvae terrâ colique prohibent. Vnum tamen non ubique crevit, præsertim in regionibus qua[m] mare Anglicum attingunt. Vnde de Normandia scribunt, quod pecoris & pisium est ferax, frumenti uberrima, pomorum atq[ue] pirorum tam passim conferta, ut hinc potius gens sibi affatim ex primat, & ad exterios copiose fructus exportet. Lanificij plebs studiosa est & bibax etiam pomacij. Gens omnis suapte natura calida, nullis exteris legibus obnoxia, moribus suis & consueitudinem, quam pertinaciter tuetur uiuit. Normandis, seu ut alij scribendum contendunt, Nortmannis, uicini sunt Britones seu Britani, qui ex Anglia in ea concesserunt terram. Nam cum Britanni olim insulam Britannicam, hoc est, Angliam inhabitarer, a Saxonibus supra modum uexati, fugâ petierunt ultra mare, & terram apprehensam suo nomine signarunt, meliorem sortiti in ea fortunam, in tantum excreuerunt robur, ut qui pridem terram suam tueri non poterant, nunc alienam apprehensam non solum defendenter, sed ex ea reliquam etiam Franciam regibus secrete infestam, semper contumaces, semper Francorum regibus infensi, usque adeo ut cum postea Normanni Gallie littora apprehendissent & ea excodere regum tenerent, adiecta est eisdem ducibus Normannis etiam prouincia Britanię, licet male eis obediens, sicut & prius male paruit Francis. Multis ta-

men seculis ducem suū sortita est Britannia usq[ue] ad tempora nostra, quo non uissimus dux Franciscus sola filia relata decedens, Maximiliano spem fecit desponsandę filię. Sed cum Maximiliani nō constituit et transire per Franciam, preuenit eum rex Frâcij Carolus octavus, sibiq[ue] puellam iunxit, & cum moreretur sine prole successori suo Ludovico, pridē Aurelianis duci et sororio suo relictam coniugem habere fecit.

Veterum in Gallia nominum in recentiora transmutatio.

Carnutes	Chartres
Garumna flu.	Garon
Santonum portus	Rochelle
Santones	Xantonge
Cadurcenses	Cahors
Auaricum	Chatean neuff
Ausciij	Auxitani
Augustonemetum	Nevers
Segodunum	Rodes
Biducenses	Normandia
Cemmeni montes	Cebena
Bellocaſſi	Baiocenses
Andes	Andegauenses
Morini	Caletes
Iurassus	Iura & Vogesus
Bellouacenses	Beauvoys
Menapij	Geldrenses
Veromandi	Vermandois
Triueri	Treverenses
Cathalanum	Chalon
Ligiris	Lare
Pictone	Poictiers
Lemouices	Limofin
Biturges	Bourges
Aginnum	Angolesme
Augusta	Aux
Velauni	Velaye
Cumueni	Bigorrenses
Calleti	Caletes
Iuliobona	Honsfleu
Nannetes	Nantes
Lutecia	Paris
Adula	Mons S. Gotthardi
Atrebates	Arras Artois
Tongri	Brabantij
Neruij	Tornacenses

Vessones Sueiones  
 Mediomatrices Metenses  
 Triboci Elsatienses  
 Heluetii Suiceri  
 Visontium Bisantium  
 Aquæ sextæ Aix, Aquensis ciuitas  
 Aquæ mort Aygnes mortes  
 Tectosaces Langue doc  
 Nemausum Nimes  
 Rhedones Renes  
 Lingones Langres  
 Sequani Burgundij & Sungoij  
 Allobroges Subaudi  
 Octoduri Seduni, Valesiani  
 Lacus Lemanus Gebenne seu Losanne lac.  
 Neustriæ Normandi  
 Turonica Tours

## Germania.


 Ermanie nomen non tam uerustum est ut Teutonie. Nam scribit Berosus, lanu, qui et Noe, Tuisconem filium suum in Europam misse, & illi tradidisse regnum à Tanai ad Rhenum usque, à quo Germani diu ab Italib & Gallis Tuisci uocati sunt: quod nomine adhuc in omnium Germanorum ore uersatur. Vocati sunt & Teutones à Teutone nono rege, & Alemanni à Mâno Tuisconi filio. Germani uero longo post èpore ab exteris nationibus pserit Gallis et Italib dicti sunt. Cuius nominis rationem esse putant, quod bellî tèpore fraterno animo cōmunia cū illis tulerint pericula & successus. Vnde Strabo septimo Geographie libro sic scribit: Trans Rhenum uerius orientē Germani habitat, gens forma & moribus nō prorsus dissimilis Gallis. Dicit trans Rhenum, olim enim Galli omnia, usque ad Rhenum occuparunt, successu aut̄ temporis bona pars Gallie ab Heluetia usque Brabantia iuxta ripam Rheni accessit Germania, ut hodie Rhenus non separet Germaniam à Gallijs, sicut nec Danubius qui olim à meridie Germanie fuit limes, Germaniam dirimit à Rhaetis, Vindelicis & Noricis, sed iuga alpiis

ab illa parte Italiam secernit à Germania. Vndicq; enim rātū accessit Germania, ut duplo hodie maior sit, q̄ Strabonis, Ptolemai aut Plini tēporibus habita est. Nam Germani omnes regiones & populos qui lingua utitur teutonica, sibi afferunt, quātumuis uaria sit huius lingue dialectus. Ceterū Germanie omnes nature dotes tantum uariant, cum ijs quæ olim illi, si credimus exteris scriptoribus, fuerūt, adeò que ferè omnia aliter se habēt, ut hæc abūde possint esse argumento (si scriptores non mera somnia literis mandarūt) coelum & regionum naturam mutari, quātumuis philosophi hic reclament. Sed domini uerbo obediūt omnia ele menta. Hoc benedicente & aperiante manum, terra fert fructum suum, fertilitateq; omnia implentur. Maledicente & manum claudēte, steriles redditur terra & omnia pereunt. Sic enim solet esse uicissitudi in donis dei, mutantur artes, animi, ingenia, & regna, fieriç; solent mortales post uaria accepta dona, affecutasq; uictorias, arrogates & molles, uitijsc; ingnatur infinitis, quare dominus post longam patientiā puniens ingratos, auferit fructum à serenibus, maledicit terræ uni & transfert benedictionem in aliū populum, ut illum quoque beneficijs suis ad se trahat. Sic enim uidemus mutatam fertilitatem terræ promissionis propter peccata populi, ut hodie uix sit habilis spinis & tribulis ferendis. Et contra Germania quæ scribitur olim fuisse barbara, horrida & infœcunda, semper aut̄ bellicosa alijsq; populis fortior, ut solet esse gens laboribus indurata & exercitata, partuq; ciuilibus imbuta moribus, uisitata à domino uniuersæ terre, ex gratia eius talis facta est regio, ut uix unquam alia fuerit, uel fertilior magis tamen uisitata ad omne genus fructus producēdos, uel felicior ingeniorum animorumq; bonitate, magnitudine et præstantia. Quibus enim, queso, genibus in illa credit arte, imo quos populos non longo interuallo post se relinquit

quit? Aut quid habent alia Europæ regiones, quod non habet quoque Germania? Legunt Germani aurum in Rhe no, Arola & alijs quibusdam fluuijs, habent plurimas ferri, argenti, & aliorum metallorum mineras, habent in numeros fontes, unde salis abundantiam hauriunt, habent plurima, optima & diuersa uina, abundant frumento, ut etiam hisce temporibus experti sumus, Italos panem quæsisse apud Germanos. Multæ passim salubres scaturiunt thermæ, ubi montosa est terra, per cuius rei opera impenditur, & ubi nemorosa, ibi ingens uis picis colligitur, præsertim in nigra & Hercynia sylua. Planicies terræ uestitur pulcherrimis & foecundissimis uinetis & pomariis: amnes omnes Germaniam rigantes, qui infiniti sunt, piscoi sunt, sicut & nullus lacus est, qui maximi & pluri mi iuxta alpes inueniuntur, qui non proprium quoddam piscium habeat genus. Quām uero populoſa sit Germania, quot insignibus decoretur urbibus, ciuitatibus, oppidis, castellis, arcibus, uillis, pagis & monasteriis, dicens nequit. Longe hodie abest, quod L. Annaeus Seneca in libro de gubernatione mundi in hunc modum scripsit de Germanis: Errat, inquit, incertis sedibus, perpetuas habet hyemes, solum est in fecundum, nullas habent edes, uenationibus uiuunt, ubicunque nox fessos laboribus deprehendit, cubat sub frondibus aut in speluncis soueſtue, &c. Liuuis putat Germaniam totam nihil nisi horridam syluam esse, ad quam nullus unquam mercator uenit. Idem scribit Tacitus & Cesar. At si scriptores isti iam cernerent Germaniam, non possent non suffundi magno rubore, uidentes eam tam excultam, ut nulli alteri terre in fertilitate, opibus & gradibus dignitatū cedat. In nulla enim alia licebit inuenire tot principes, duces, latgrauios, marchiones, comites, barones, nobiles, episcopos, abbates, miserosque quosdam monachos, exceptis aliquot ciuitatibus, que imperatorem immediatum agnoscunt dominum, & propterea imperiales uocantur, ex quibus tamen aliquæ principib. aut episcopis sunt impignorate, & quedam libertate donatae.

Sunt autem istæ ciuitates imperiales. Aquisgranum Alen Antuerpia Augusta Vindelicæ Argentoratuſ Straboni, Tacito & Ptolemaio, sed quorū nomina amplius nō extant, præter pauca quedam, ut sunt nomina Sueorum, Boiorum, Heluetiorum, Frisiorum, & Longobardorum, quāquā Heluetiorū nomine uulgaribus incognitū sit: & his nostro quo successerunt alia infinita penè uocabula, quibus & populos & terras quas in habitant exprimimus. Maiores regiones peculiařia habent nomina, ut sunt Heluetia, Alsacia, Uestricta, Eysfalia, Brabantia, Holandia, Suevia, Hassonia, Bauaria, Frâconia, Thuringia, Saxonie, Frisia, Pomerania, Austria, Slesia, Misnia, &c. Minores uero plerūq; desinunt in syllabam gew, ut sunt Ere gew, Sunggew, Brisgew, Hegew, Al gew, Vualgew, Ringew, Krichgew, Zabergew, Nortgew, Bintzgew, Lecht gew, Kleckgew, Buchsgew, Lintzgew, Meingew, &c. Maiores regiones singulari olim & quedam adhuc habent duces aut alios principes, ut dux Sueiz, dux Saxoniz, dux Geldriz, dux Pomeraniz, dux Frâconiz, dux Bauarie, dux Austria, dux Lotharingiz, Land grauius Haffoniz, &c. Quidam tamē habent à metropoli aut alio insigni loco denominationem, ut dux Brunsuensis, dux Vuirtenbergensis, dux Lünenburghensis, dux Cleveſis, Marchio Badensis, Marchio Brandenburgensis. Idem sentiēdum de episcopis secularibus. Seculares uoco, qui ditionē temporalē administrant, habentes sub se terras & gentes. Itaque totius Germanie dītio distributa est in infinitos ferē rectores, nēpeduces, latgrauios, marchiones, comites, barones, nobiles, episcopos, abbates, miserosque quosdam monachos, exceptis aliquot ciuitatibus, que imperatorem immediatum agnoscunt dominum, & propterea imperiales uocantur, ex quibus tamen aliquæ principib. aut episcopis sunt impignorate, & quedam libertate donatae.

Sunt autem istæ ciuitates imperiales. Aquisgranum Alen Antuerpia Augusta Vindelicæ Argentoratuſ

Argentina	
Bafleia	Berna
Bernheim	Biberacum
Bisantium	Bopart
Buchorn	Bopfingen
Campen	Colonia
Colmaria	Constantia
Curia	
Dauentria	Dortmund
Dinckelspuel	Durckheim
Duern	
Egra	Erfordia
Eitzlinga	
Francksordia utraq;	
Fridbergum	Friburgum
Gelnhufen	Gengen
Gottingen	Groningen
Gamundia	Goszlaria
Hagenoia	Hall in Suevia
Hall in Thuringia	Heltprunna
Hamburgum	Heidesfelt
Isna	Ingelheim
Kaufbuern	Keiserspergum
Keiserslutern	Kempten
Landoia	Lindoia
Leukirch	Lubeca
Lucerna	Lunenburgum
Meideburgum	Memmingen
Metis	Moguntia
Mulinhusen utrumq;	
Northusen	Nurnberga
Numagen	Norlingen
Odernheim	Offenburgum
Oppenheim	
Piullendorff	
Rauensburgum	Ratispona
Rotenburgu iuxta Thuberum	
Rofzheim	Rotwyla
Ruitlingen	
S. Gallus	Schaffhusen
Selestadium	Solodurum
Spira	Superior Ehen
Swinfurt	
Treueris	Tygorum
Vberlingen	Vlma
Vuangen	Vuyrd
Vuelalia utraq;	Vuetzlar
Vuyla in Suevia	Vuimpfen
Vuinfzheim	Vuistenburgum
Vuormatia	

Inter istas quedam sunt, licet paucæ, quæ vetera nomina in hunc usq; dñe retinet, ut sunt quæ extra antiquos Germaniq; limites sitæ inueniunt, nēpe Colonia, Moguntia, Argentina, Constantia, Augusta, &c. Intra Rhenū uero & Danubiu nec unā inuenies ciuitatem, quæ pristinuū retinet uocabulū, sed cōfecturis arguimus illam olim sic uel sic appellatam. Idem ferè sentendum de tam varijs Germaniq; populis, quos Cornelius, Strabo & Ptolemæus com memorant. Porro in Heluetia & Rhetia, quæ extra Germaniā olim fuerūt, plurima inueniuntur loca quæ antiquā appellationem non penitus amiserunt ut sunt

Pes clavium	Pustlaff
Modoëtia	Montischen
Lucus Gauni	Lowery
Triompilini	Trypleuen
Clarona	Glarys
Rhetium	Ratzuns
Septimus mons	der Settmer
Perninna	der Berlingen
Aeni ortus	Engadin
Fabarium	Pfeuers
Vallesij	Swallifser
Interlacus	In der lappen
Vrsa flu.	die Rüs
Taurisci	Vren
Suedi	Swiz
Lacus Podamicus	Bodenſee
Abbatis cella	Appenzell
Arbor felix	Arben
Augusta Rauricū	Augst
Tauracus pagus	Turgew
Vallis de Oscela	Eschenal
Vallis Telnia	Vellin
Adula mons	der Vogler
Sammæ alpes	der Gothart
Lucumonis mons	der Luckmenicr
Brigantium	Bregenz
Tygorum	Zurch
Tugum	Zug
Actuatiij	Taetsch
Leucum	Leck
Clauenra	Cleuen
Curia	Cbur

## Italia.

**I**TALIA olim Hesperia, ab Hespero Atlatis fratre dicta est. Siue (ut Macrobius inquit) ab Hespero stella, quod illius occasui subiecta sit. Est regio metallis grauida, ubique uitalis, & perennis salubritas, eximia celi tenuies, campi fertilitas, aprici colles, innoxij saltus, opaca nemora, munifica sylvarum genera, mira frugum, uitium, & olearum fertilitas, nobilia pecori uellera, opima tauris colla, perspicui & piscoi lacus, flumina fontesque saluberrimi, portus pluri mi. Ipsa auice, ad mortales inuandos, in maria procurans, & uelut gremium omnium gentium commercio pandens, ut ferè dicta sit à quisbusdam, terrarum omnium alumna, atq; eadem parens, coelestium prouidentia electa, que spar sa congregaret imperia, molliretque efferratur gentium ritus, discordes ad colloquia linguis, munere literarum, latine & sermone congregaret. Color Italii, & statura penè diversa est in cislalpina Gallia, Venetorum recessu, color uulgo candidus, cultus & sermo accuratior. Contra in Hetrurie tractu, Latio, Campania, & Brutis, capillus niger, brevior statura, & macilenta, sermo et cultus simplex. Non idem omnibus mores, aut uiuendi ritus, nec iura eadē. Pontificio hi, Cesareo illi, alijs municipali iure potissimum utuntur. Omnibus id commune ut frugaliter uiuant, nitide uestiantur, tōso capite incedat, per brevibus Hispanicis palliolis con tecti, etura ostentates. Veneti, quo tumurbs terra marisq; opibus maxime pollet, laxiore uestiuntur toga, quale Greci, Turci, Russiani, ac reliqui septentrionales usurpat. Maiorū suorum habitu ita delectatur, ut sapissime eas uestes gestient nepotes quas tritauit gestarunt. Abundant consilio, in loquendo tardi, & pronunciatio insuavis, ridicula quadam magnificētia, uerbis magis quam factis officiosi. Fingunt con donare iniurias, sed si quando occasio

nem nanciscuntur, rectudescit animus in iniuriantem. Mediolanenses Gallis exosi, uicissim tam illos quam Hispanos odientes, neutrī satis confidunt, quos tamen ferre coguntur. Oratio eorum rudis, sermo concitatus: sed multo rudior & molestior Pedemontanorum, in bello non ualent nisi multi simul. Cuenussum oratio ridicula neque literis consignari potest: elegans tamen eorum uestitus, ut neque sagati sint, neque togati. Consilio & fide sibi non admodum constant, ad rebellandum apti, inhospitales sunt, & beneficiorum immemores. Tuscorum lingua inter Italos commendatur, magni semper fuere sacrificuli, ut qui Romanos olim multas in deorum religione ceremonias edocuerunt, in uniuersum magis adhuc superstitionis gens quam pugnax. Superba Roma, gentium imperio uiduata, sedes facia summi pontificis. Assistunt ei purpurati cardinales quadraginta sex. Zelotypi sunt Romani, & vindicant se uerissime uxorum adulteria. Pistorienses Italoū factiosissimi, sunt partim, ut uocant, Panchiati, Gibellinorum secta, qui imperatoris partes defendunt: alijs dicti Cancellieri, Guelphi, qui regis partes sequuntur. Neapolitanū omniū consilia respuit, sylvestres, loquaces, adulatores, iniuriarū strenui ultores, beneficiorū maxime metuentes. Fumosas in adamantis sceminis imagines quarunt, minio & cerusa luteatas, neque amat nisi sit elato animo, & ancillarum gregē secum ducat. Hispanicum sermonem affectant, ac eorum instar equis insidet, hastiludia exercent, summa corporis dexteritate nunc in hanc, nunc in illam partem flecent. Splendide uestiuntur, opobalsama spirant, plus saccari quam penis absument, caulis etiam uestiuntur libertissime. Irrident Neapolitani Calabros, Calabri Appulos, hos autem omnes Romani, Romanos Hettus, quos & alijs uicissim irridet: quia & mortales ceteros omnes irridet Ita li, cont.

**I**, contemnunt, & barbaros appellat: cū sint ipsi tamen nunc Hispanis, nūc Gallis, nūc Germanis prēdē expositi & planē domina gētium redacta sit in seruitutem.

## De Sicilia.

**S**icilia Romanorū horret, sexcentis ac duo duviginti passū millibus ambitu patet, à Posidonio, quem sequit Diod. Siculus, stadijs quater milie & quadrangentis definitur, quōdam Brutio agro cohærens, mox interfuso mari auulsa ad mille & quingētos fregi latitudinis passus: in eoque uorticoso freto Scylla & Charybdis, ambo clara struita. Primi eā habitatse ferunt lberi, reduce rege Sicanō, unde dicta Sicania. Successit Siculus Neptuni filius cū amplissima Græcorū manu. Trian guli figura tribus promontorijs Pelo ro, Pachyno & Lilybæo claudī, atq; ob id Trinacria ueteribus appellata.

## De Sardinia.

**S**Ardis Hercule procreatus, cū magna multitudine à Libya pfectus Sardinia occupauit, & ex suo uocabulo insula nomen dedit. Hec in Aphri co mari, facie uestigij humani, tam in Orientem quam Occidentē latior prominet, ferme paribus lateribus, quē in meridiem & septentrionem uergunt. Terra patēs in lōgitudine miliaribus 140. In latitudine 40. In ea nec lupus, sed solifuga tantum animal exiguum, hominibus perniciosum inuenitur. Venenū quoq; non nascit ibi, nisi herba, per scriptores plurimos & poētas memorata, Apiaſtro ſimilis, quz hominibus r̄iſum contrahit, & quasi ridētes intermit. Fōtes habet Sardinia calidos, infirmis medelā prēbentes, furibus cœtitatē, si sacramēto dato, oculos aquæ eius tetigerint.

## De Corfica.

**C**Orfice infulę exordium Ligures dederunt, appellates eam ex no-

mine ducis. Nam mulier quedam Līgur Corsica nomine, cum taurum ex grege, quē prope littora regebat trāſ-nare ſolitum, atque per interualla, corporē aucto, remeare uideret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurū è ceteris digredientem, uisque ad iſu lam, natuſio proſecuta eſt, cuius regreſſu, inſula fertilitatem cognouerunt, lignis ratibus illī profecti ſunt, eamq; nomine mulieris autoris, & diuis appellauerunt. Hec Græce Cyrene dicitur, à Cyro Herculis filio inha bitata.

## Proprietum quorundam Italico rum hominum vulgaris interpretatio.

Hiftria	Hiftrich
Tergestum	Triest
Forum Iulium	Friul
Athesis	Eisch
Tridentum	Tricht
Patauium	Padua
Ticinum, Papia	Paphi
Mare Adriaticum	Veneturum
Nicæa	Nisa
Genua	Genoua
Etruria	Toscana
Neapolis regnum	Terra laboris
Paxtum	Polycastro
Leucopetra	Bona
Lacinii promont.	Colone
Tarentum	Taranto
Hydrus Hydruntū	Otronto
Brundusium	Brendesum Branditio
Sipus Sipontum	Siponto
Apenete	Manfredonia
Peligni	Abrucini
Piceni	Marca Anconitana
Potentia	S. Maria de loret
Pisaurum	Pefeo
Ariminum	Rimino
Gallī Boj	Romandiola, Romagna
Padus	Po
Lacus Benacus	Garde lacus
Carni	Marcha Tarufina
Sclauonia	Winden
Aquileia	Algar

APPENDIX

Canomanni	Lombardia
Bergomum	Bergamo
Brixia	Bressa
Verona	Bern
Iulubres	Mediolanenses
Mediolanum	Meiland
Nouaria	Naver
Augusta Taurinorū	Turin
Cenones, mons	Cinesius, mon. cenis
Forum Claudij	Tarentasia
Placentia	Piagenza
Regium	Rezo
Bononia	Bologna
Fauentia	Faenza
Forum Liuīj	Forliuio
Tuscia	Tosconia
Florentia	Firenze
Perusia	Perugia
Aucula Aquula,	Aquapendens
Vetulonium	Viterbo
Senia	Siena
Falerinum	Montefiascone
Septempeda	S. Seuerinus
Firmium	Ferino
Vimbri	Spolciani
Forum Sempronii	Fossembrone
Nagnia	Narnia
Nursia	Norcia
Marisi	Apricum
Pregutij	Abruz
Amiternum	Aquila
Lanibium	Launium
Peligni	Valuenes
Drepanum	Trapani
Panormus	Palermo
Agrigentum	Gergento
Syracusa	Saragoſa
Aetna	Gibello monte
Pachynū promōt.	Cauo pascimio

De Dania.

**D**acia seu Dania olim uocata fu  
it Cimbrica Chersonesus & lu  
ria, fuitq; tunc sub ditione Saxonū. At  
illi iugū ab iacentes elegerunt propriū  
regem Huiusq; quinquaginta annis an  
te Christū natū exierūt cum uxoribus  
& filiis tertā tuā, perituri nouas sedes,  
& transmissio Rheno apud Vespapha  
los, acceperūt multas ex Gallia gētes

secum, petentes Italiam. Et priusquam per  
Alpes Italiam attingerent, longo circu  
tu transeūtes Macedoniam & alias re  
giones uastauerunt: quibus cū Roma  
ni obuiare contēderent: cesa sunt ab  
eis 80. millia peditū, calonū uero atq;  
lixarium 40. millia. Et id uocatur apud  
scriptores Cimbricū bellū. Deinde ua  
stata Ethiruria & omnibus locis circa  
Rhodanū, tādem cū Cimbrī sediu  
sillent à Teutonibus & Gallis, quibus  
prius sociati fuerant, Cimbrī à Roma  
nis apud Athesim, Teutones uero sub  
alpibus ad Aquas sextias occisi sunt.  
Sub Henrico primo atq; filio eius Ot  
tone magno, conuersi sunt Dani ad fi  
dem Christianā, fundatī apud illos  
tres episcopatus, uidelicet in Sleswig,  
in Riper et in Aldēburg Holsatiae. Est  
Dania peninsula, que, ut diximus, Cim  
brica uocatur, cōprehenditq; regnum  
illud plurimas insulas, inter quas tener  
primas Seländia, in qua est Coppēha  
gen regia sedes illius regni, deinde est  
Fionia, Islādia, & Orcades insulæ. Ob  
tinuit quoque circa annum Christi 1395.  
rex Danie alia duo propinqua regna,  
Noruegiā & Sueciā. Ultra Nort  
uegos sunt homines semiferi & quasi  
bestiales, quos uulgo Lapones uocat,  
cum quibus nullum commertium lin  
guæ nauigantes habent, sed signis tan  
tum et nuditibus cōmutare ferunt. Isla  
dia sonat glacielem terram, appellata  
à ueteribus Thyle, extenditurq; inter  
Austrū & Boreā 200. prope germani  
corum miliariorum longitudine. Scri  
bitur multa mirabilia de ista insula, in  
ter quæ numeraf rupes illa, quā uocat  
Hegleberg, quæ perpetuos spirat ig  
nes, putaturq; carcer esse sordidarii a  
nimarū. Cōperiuntur etiā illic spiritus  
se exhibentes manifestos humanis mi  
nisterijs. Submersorū siue alio uiolēto  
casu enectorū spectra se se offerit con  
gressibus notorū hominum tam manū  
testa, ut tanquā uiuentes accipiātur ab  
ignaris mortis. Illorū data dextra, nec  
deprehēditur error priusquam spectrū  
disparet. Ab his septentrionalibus re  
gione

gionibus, presertim ex Gothia, que et Scādinauia, s̄epe magna coiuuiet hominū erupit, occupaturi alias terras, nouas que quesituri sedes. Hinc enim pdierunt Gothi, Gepidz, Rugi, Vandalī, Heruli, Turcilingi & Vuinili, qui postea à prolixis barbis Lōgobardi diciti sunt, de quibus multa apud historicos inueniuntur.

## Sclauonia.

**S**Clauonie uoce accipiuntur Stiria, Carinthia que & Illiris, Dalmatia, Croatia, et Coruatio. Lingua uero Sclauonica utuntur plurime gentes, nempe Bohemi, Poloni, Lithuani, Russi, Moscoviti, Bulgari, Carni, Bosnitæ & multi alii populi. Excipiuntur Vngari qui propriâ habent lingua. Stirij populi sunt agrestes & strumosi, adeo quidem ingenti struma, ut ipsis loquela impedit, & mulier lactans post tergum perinde atq; faciū reiçiat ne infantū impedimento sit. Sunt autē Stiriani cultu & sermone Germani. præter Drau ac colas, qui Illirica utūt̄ lingua. Sal ibi coquī, quod ad finitimas deferē gentes. Regio ferri et argēti est ferax, mōtana plurimum præterquam ad ortum uerius Pannoniā. Dicta olim fuit Vasitaria. Carinthia mōtana est regio, multaq; in ea ualles & colles feraces tritici, multi lacus, multi amnes, quorū præcipiūs Drauus. Bosna olim fuit Mōisia superior, subacta est à Turca anno Christi 1461. Dacia olim, hodie in uarias est diuisa prouincias, nempe in Transiluania, Rasciam, Seruiam, Septem castra & Bulgaria. Träfflyuani am uulgo uocat Zipserland & Rasciam Reizen, Septem castra Septemburgenses & Seruiam Syrfien. Septemburgenses in medio Sclauonice lingue loquuntur Germanice, sicut Bohemii inter Germanos loquuntur Sclauonice.

## Bohemia.

**H**Abuit Bohemia olim populos Quados & Marcomannos, includiſt̄q; finibus Germanicæ. Latitudo eius longitudini ferè par est, cingiturq; sylva Hleteynia tanquam nativo-

muro. Albi fluuiū media irrigatur, atq; quodam alio Multauio nomine, ad cuius ripā Praga sita est, amplissima urbs & totius regni caput. Fuit à multis annis Ducatus, uocatus que est primus dux Zechius, licet alijs Primislau Prae fundatorē, primū uelint esse ducē. Anno Christi 1086, dux Vratislaus factus est ab Hērico quinto primus rex, additęq; sunt regno Slesia, Lutnitzia & Morauia. Huic successerūt in regno filius & posteri Vladislaus, Vladislaus, Przemisel, Vuētzeslaus, Przemisel, Vuētzeslaus. Et hic moriēs sine filio, unicā filiā eius Elisabet cōiugē accepit Ioānes comes Lutzelburgensis filius Hērici septimi imperatoris, fuitq; regnum Bohemiam ferē ducentis annis sub comitibus Lutzelburgensib. Huic successit filius Carolus nonus Bohemiz rex, factus quoque Romanorum rex, quartus nomine, & hic supra modum ditauit Regnum Bohemiam, sed nō sine iactura Romani imperij. Idem Carolus anno Christi 1360. fecit ex episcopatu Pragē archiepiscopatum, & deinde anno 1370. instituit Pragense gymnasium, quod durauit usque ad annum 1408. tunc ob Hussiticum dogma fuit translatum ad Lipsiam Misnia op̄pidum. Patri successit filius Vuētzeslaus in utroq; regno, cui deposito successit frater Sigismundus. Qui Sigismundo successerint, vide in genealogia regū Vngarie. Porrò solum Bohemiam est ferax hordei & tritici, abundat que pecore & piscibus: olei aut̄ steriles est, quemadmodum Germania ipsa. Vino nō omnino caret, ceruissiam optimam facit, qua Viennam usq; uehitur.

## Vngaria.

**V**Ngaria nunc ea regio est, quæ olim Pannonia inferior fuit, licet illa non tam late patuerit ut hodie Vngaria. Fuit autem terra illa ab antiquis temporibus diuersarū nationū diuersiorū. Gothos pepulerūt Huni, & Hunos excluderunt Longobardi. Qui cū 42. annis eā regionē possedissent, anhelates pro Italīæ acquisitione, Hu-

nis iterū locū dederunt. Creantes autē Huni Attilam regē, ferē totā Europā īnde oppugnauerūt, habentes in uno exercitu decies centena millia armatorū. Attilæ uero hic erat titulus: Attila filius Bendeucum, nepos Magni Nimborth, educatus in Engaddi, gratia dei rex Hunorū, Medorum, Gothorū atq; Dacorū, pauor orbis & flagellum dei. Quum igitur Huni per multos annos Vngariam exterarū nationum rapinīs dītalissent, circūdabant terram suam no uem circulis, quos hagas Germani uocant. Quorū singuli ita stipitibus quer nis siue fagineis extructi erant, ut de margine ad marginem uiginti pedum spaciū cēderetur in latum, totidemq; erigeretur in altū. Cauitas autem universa, aut durissimis lapidibus, aut tenacissima creta replere. Porro superficies uallorum eorūdem integrimis cespitibus tegeretur. Inter quorū confinia, arbustuē plātate erāt, quæ absclīsz, proiectaç, ut plurimum herbas & frōdes proferebāt. De primo autē circuito ad secundum uiginti miliaria teutonica protendebātur, & inde totidem ad tertium & ita usq; ad nonum, quamvis aliis alio semper contractior erat. Intra hos aggeres uici villæq; ita costitutæ, ut ab una ad aliam uox hominis audiretur: erantq; edificia ualidissimis muris præmunita. Tubarum clangore unus circuitus alteri cuiusque rei certa signia dabat. Hunc immānem populum Carolus Magnus octo continuis annis oppugnauit & tandem expugnauit. Interit in illo bello omnis nobilitas Hunorum, inuētusq; est indicibilis auri & argenti thesaurus intra hos circuitos, p̄serum in regia ipsa, Buda scilicet, à Buda Attilæ fratre sic appellata. Deletis itaq; pro maiori parte Hunis, circa annum Christi 900. sub Arnolopho imperatore, uenerunt ex Scythiaç partibus Vngari, & relicti in Pannonia Huni se leuixerunt, cooperuntq; instar Hunorum excurrere & Germaniam uastare, donec ab Henrico primo cesi, domi aliquandiu remanere co-

acti sunt. Postea anno Christi 954. cū rursum in Germania grāssarentur, cōfisi sunt ab Ottone primo apud Augustam Vindelicorum strage magna. Anno deinde 1006. conuersi sunt ad Christi fidem per Giselam sancti Henrici sororem, quam Vngarorum dux uxorē accepit, appellatus in sacro baptisme Stephanus. Huic Stephano successerunt in regno filius & posteri hi, Petrus, Andreas, Salomon, Bela, Ladislaus, Geisa, Colomanus, Stephanus, Bela, Geisa, Stephanus, Bela, Emericus, q̄ obiit anno 1200. Ladislaus, Andreas, pater Landgravis sancte Elisabeth, Bela, Stephanus, Ladislaus, Andreas, Carolus, Robertus, Ludouicus, cuius frater Andreas fuit rex Siciliæ, Sigismundus filius regis Bohemiæ, qui ducta Maria filia Ludouici regis Vngarie, per eam factus est rex Vngarie. Et cum hic solam filiā post se relinqueret nomine Elisabeth, per eam translatum est utrumque regnum Bohemiæ & Vngarie ad duces Austriz. Nam duxit eam Albertus dux Austriae & imperator. Huic successit filius eius Ladislaus, qui tamen mortuus est antequām uxorem duceret. Habuit autem sororem, quam duxit Casimirus rex Polonie, factus per eam quoque rex Bohemiæ. De regno uero Vngariz facta est concertatio. Imperator enim Fridericus usurpauit sibi regni illius titulum, quod inter virilem successionē nemo ipso esset, p̄pinquierat, at Mathias Vaiuoden præuenit eum, hac tamen conditione, si moreretur sine virili prole, regni h̄eres fieret dux Austriae, id quod & factū est. Interea autem Casimirus rex Poloniæ, qui filiam unicam duxerat ultimi regis Bohemiæ & Vngariæ, genuit filium Vladislaum legitimū heredem regni Bohemiæ & Vngariæ, cum quo ita conuentum est, ut filius eius Maximiliani neptem uxorem duceret, sicq; utriusque regni fieret h̄eres, id quod postea factū est. Nam Ludouicus filius eius uxorem duxit Mariam filiam Philippi regis Hispanorū, Caroli

**C**aroli imperatoris sororem, qui cum anno Christi 1526. à Turcis occidetur nullumq; semē relinquere, successit ei Ferdinandus, qui sororem eius unam utriusque regni heredem, ut quidam uolunt, uxorem habuit.

*Polonia.*

**P**Olonia quæ olim Sarmatia, regio est uasta & plana atq; nemorosa. Est & pascuis idonea atque uenatione diues. Habet equos syluestres, & boves ferros quos Romani uros vocant. Melis copia est illis atq; Ruthenis tam ingens, ut non satis loci superfis, quibus illa recondant. Arbores namque emnes & sylvae nigricant aluearibus. Habet & salis maximam copiam, quod maximum toti regioni præstat emolumennum, quo nulla regi p̄ se in toto regno maior gaza extat. Nam sub terra exciditur ingentia salis saxa, & supra terram aliud sal ex aqua decoquitur. Anno salutis 994. eruditus Adelbertus episcopus Pragæ Bolislaus ducem Poloniæ in fide catholica, conuerteret ad Christianum. Regnum uniuersum in quatuor uelut regiones diuisum, quas in orbē rex quotannis inuisit. Singule ternis mensibus alunt regem, regiumq; comitatum. Et si casuis in una regione diutius māscrit, nihil debetur ipsi amplius. In Cracovia celebri et amplissima urbe, regia est, totiusq; regni gaza. Catena ciuitates parum nitidae sunt, ex inaccessa domus ferè omnes compoite, plerūq; luro collinata. Gens in uniuersum prudens, multaq; comitate in hospites. Bibacissimum genus hominum rotius septentrionis, sed rarus uiniulus, ignotusq; genti omnis uinearum cultus. Facticia ex tritico alijsq; generibus seminum potio in usu est. Plumbum diu taxat ex omnibus metallicis fodient Poloni.

*Lituania.*

**I**ltuania Poloniæ connexa, magna sui parte palustris et nemorosa, & ob eam rem difficultis aditus. Hye-

me commercia cum Lituaniis sunt habiliora, paludibus & stagnis alta glacie concretis, niueq; superinfusa, tunc omnia mercatoribus peruia. Quo sit, ut uelut alto mari, quando nulla certa sit uia aut semita, sydera signent iter. Accolarū diuitiae sunt pecora pellesq; multigenarum ferarum. Ceræ ac melis abundans est terra. Sermo genti ut Poloniæ. Caput regionis Vilna est, episcopalis ciuitas, & est tanta magnitudinis, quantæ Cracovia cum suburbis omnibus. Domus tamen cōtiguae non sunt in ea, sed ueluti in rure horti inter mediant & pomaria. Est Lituania amplissimus ducatus, plurimum in Aquilonem uerges. Nam habet Vilna poli elevationem grad. 57. Fuit hæc regio aliquando sub principe Kiouensi, donec proprium fecerunt ducem, & exteriores populos sibi tributarios fecerunt. Anno Christi 1386. conuersi sunt ad fidem Christianam. Tunc quoque dux Vitoldus, uia bellicocissimus, adiecit ducatum suo ducatum Plescouensem, ducatum Nouogrodiensem, cuius Metropolim uocant Nugardiam, & ducatum Smolnensem. Est & Nouigrodum urbs hodie in Lituania, quam aiunt maiorem Roma esse. Nam complectitur in circuitu suo septem miliaria Germanica, cum Roma diu taxat sex habeat & dimidium.

*Prussia.*

**H**anc alij uocant Borussiæ & Prusiam, olim autem appellata fuit Hulmigeria, sicut & hodie regio iuxta Vistulam sita uocatur Culmigeria. Prussia solum serax est maximeq; frugiferu, irriguq; aquis: regio tam amœna & felix, ut si Iuppiter e cœlo detur bandus esset, in feliciorē quam in Prustiam cadere nequirit. Nutrit terra varia animalia genera, ut bisontes quos Romani uros vocant, & uulgas bubalos, alces ceruus haud difformes nisi quod habent protensam carneam promiscidem & paulò sublimiora crura. Hos uulgo helendos uocat. Habet & sylue,

*sylvestres equos cicuratis quidem similes, sed molle habent dorsum & ob id oneri ferendo inepti, nec cicurari possunt. Caro eorum ab incolis comeditur. Abysdat quoque regio melle & apibus, sicut reliqua septentrionales regiones.*

Fuit autem in hunc modum ad Christum conuersa. Cum circa annum Christi 1220. Poloni multa mala pressi essent à Prutenis, Marianis milites, quos Teutonicos fratres vocant, post Ptolemaidem in Syria amissam in Germaniam reuersi, uiri nobiles & rei militaris periti, ne per ocium marcerent, Fridericum secundum imperatorem accedentes, Prusiam Germanicam conterminam dixerunt spernere Christi cultum, saepe illius gentis homines in Saxones ceterosque vicinos excurrere, & ingenitem uit pecorum abigere, esse in animo sibi compescere barbaram gemitum, annuat tamum impator, prouincias fratribus perpetuo iure possidet, dat, si eam armis acquirant. Iam enim Malouie duces qui eius se terrae domino affirmabat, ius suum fratribus cesserat. Grata oblatio Friderico fuit, sub aurea bulla literas concessit. Illi itaque sumptis armis breui tempore quicquid Prutenici iuris citra et ultra Vistulam fuit subegere & suaditionis fecere. Victa gens Christi fidem complexa est & cum fide Teutonicam linguam. Fuit ad Vistulam quercus, ubi uictrix gens a principio castellum erexit, mox oppidum frequenti cultu adoleuit, Marienburgum dixerunt: caput est gentis & sedes eius qui universi ordinis magisterio fungitur, licet postea transtulerit in Montem regium, uulgo Konigsberg. Non procul à Prussia est insula Gleßaria, quae Germanice Sudaw appellatur, ubi mare turbatum ejicit succinum seu electrum, quod arboris gummi esse putant.

*Liuonia.*

*Liuonia prætenditur Rutheniam & Lituanię ad septentrionem, & est terra palustris & nemorosa, p. magna*

parte. Anno Christi 1200, quidam religiosi & docti uiri, Liuoniam adhuc Christo non credentes, predicauerunt illi fidem catholicam, novum etiam instituentes ordinem & uestitum suum gladio signantes, unde & Ensiferi dicti sunt. Verum quum parum proficerent, adiunxerunt se tandem Teutonicis fratribus in Prussia mortantibus, & facile quod cupiebant perfecerunt. Ciuitates principes regionis sunt Riga uulgo Rig, Reuela uulgo Reuel, Derb & Narff. Patiuntur multas incursiones à Tartaris. A septentrione habent uicinam gentem semiram, cum qua nullum est lingue commercium, sed nutu & signo permutant merces.

*Moscouia.*

*E*st Moscouia regio latissima, à Moseo fluo sic denominata, ex tenditurque in longum 400. serè millibus. Habet autem regem proprium, cui subsunt multi & potentissimi ductus, nèpe Tuuertzka, Chelmski, Rzesen ubi oritur Tanais fluuius, & Rozanska, quam prouinciam inhabitant Tartari, obediētes tamen regi Moscovitarum. Plana omnino est regio, non montuosa, nemorosa tamen, & ut plurimum paludinosa, pluribus & maximis fluminibus irrigua, piscibus ob id & seris uarijs abundat, quemadmodū Lithuania, à qua non multum discrepat, nisi quod frigidior est, quia septentrionalior. Frumentum ob nimium frigus raro maturescit, sed manipulatim in hypocaustis torretur. Nutrit terra urfos & alces atque magnos & nigros lupos, nostris truculentiores. Regia eius est urbs Moscha, sita sub elevatione polaris grad. 58. duplo maior quam Praga Bohemicę. Habet uero lignea ut aliae ciuitates edificia, habet multis platis sed dispersas, interiacētibus latissimis cāpis. Caret hanc regio arboreis fructibus præter cerasa, melle uero & cera supremodum abundant.

*Russia*

## Russia.

**R**VSSIA seu Ruthenia, quæ & Pordolia, olim uero Roxalana, regio est fertilissima, ut etiam agro obiter culto, frumentoq[ue] insperso, tribus ppetuis annis fructu ferat. Nec opus est agrum quotannis inuertere, sed inter metendum segete leniter excussa, alia in sequentem annum sua sponte crescit. Gramæ adeò procerum productit, ut perticæ transcendat. Vnde ibi apum tanta est copia, ut mella nedū in aliæ rīs & arboribus, uerum & in rupium atq[ue] terræ caueris reponat, ex quibus optimus medo & grandes cerarum sunt orbes. Non impiscantur ibi pisces & stagna, sed ut aiunt, pisces ex cœli succrelunt influentia. Versus Tana im & Maeotim calamo aromatico & reuropotico abundat, pluribusq[ue] herbis & radicibus alijs alibi non uisib[us]. Solo uiño carent Rutheni, sed quod alium de aduehitur, nempe ex Vngaria, Molauia & Vualachia.

## Dacia.

**R**Egio illa quæ olim Dacia fuit uocata, hodie in uarias diuisa est, provincias, nēpe in Transsyluania, Rasciam, Seruiam, Septem castra & Bulgariam, Trassyluanam, qui uulgo Zipser uocantur, putantur olim fuisse Getae & Triballi & Rasciani Moesij. Ante paucos annos, omnes regiones istæ fuerunt sub corona Vngarie, hodie uero quædam sustinent Turcæ imperium. Septemburgenses à septem castellis sic appellati, olim ex Saxonia per Carolum Magnum in eum locum fuerunt destinati, ideo in hunc usque diem in medio Sclauonice & Vngarice lingue loquuntur Germanice.

## Vualachia.

**V**Ualachia à Romano duce Flacco, qui eam regionem expugnauit, primum Flaccia appellata est, dein de réporis successu Flaccia degenerauit in Falachiam, quam uocem Germani mutauerunt in Vualachiam.

## Macedonia.

**H**AEC hodie pro magna parte est Albania, quæ in Epirum usque porrigitur, olim à rege Emathio appellata Emathia. Fuit ab initio Macedonia regnum angustum & paruum, sed uirtute et uulgi prudētia latissime propagatum est, dum nō modo uicinas regiones sive subdiderat ditioni, uerū & quæ longissime semotæ erant, sibi audiētes fecerunt. Quum enim Græcia ciuitates inter se pralijs maderent, & quadam regem Philippum Macedonem in ducem elegissent, quo alijs potentiores essent, breui factū est, ut Philippus tam has quām illas urbes suo subiiceret regno, uarijs usus infidijs & astutijs. Deinde Epirum quoque sibi audientem fecit, expulso eius terræ regie. Sed & regi Scythie, cuius ditio protrahatur ab Aquilone usque ad eum locum, ubi Danubius in mare selevit, fundit, in astimabilē abduxit rapinā, tantasq[ue] equitum & militum copias in unum collegit, ut etiam Persie rex sibi timeret, qui imperium suum ampliaverat usq[ue] ad Ponticum mare. Et quum breui post tempore percussus moreretur, filius eius Alexander Magnus, regnum illud Macedonicū propagauit iterè usque ad Indiam. In Macedonia est Olympus mons, qui excellēti uerti ce fatus attollitur, ut in cacumine eius nec nubes nec uenti sentiantur. Sunt qui eum scribūt decem stadijs in altum porrigi.

## Grecia.

**G**RECIA à quodam Græco, qui in ea olim rerum potitus est appellata, Thermopylē medianam dirimūt, ut Italiam Apeninus. Extremos montes ab oriente ad occasum extēsos Oethā uocant, quorū summum uerticem Calidromum uocant per cuius uallem in Malliacum sinum iter angustum est, cetera loca adeò ardua & perplexa ut ne expeditis sint peruta, ideo pylē quasi portæ dictæ, & à calidis aquis ibi nascentibus Thermopyla. Iacent ad mare Acarnania, Aetolia, Locri, Phocis, Boeotia,

Bœotia, Euboëa, quæ hodie Nigropontus vocatur, mari sic est immersa, ut penè terræ sit annexa. Attica & Peloponnesus longius prædictis in mare excurrunt. Athenæ ciuitas, liberalium artium & philosophorum mater, quia nihil habuit tota Græcia clarius atque nobilius, fuit inter Achaiam & Macedonia: in regione que Attica appellatur, ab Athos filio Athenarū regis, qui Cecropi in regno successit & Athenas condidit: unde & Cecropia dicta est, & postea à Mopsu Mopsopia, & à Ione Xantifilio, uel, ut Josephus scribit à Iano, Ionia: postremo à Minerua Athene: nam Græci Mineruā Athenā uocat. Peloponnesus à rege Pelepe de-nominata, quasi Pelopis insula, totius Græciæ quondam arx dicta fuit. Nam præter habitantium in ea gentium nobilitatem & potentiam, ipse loci situs principatus designat. Hec tenui isthmo adheret continent. Nunc Morea uulgo uocatur. In ea est Laconia, quæ & Lacedæmonia dicitur, habens claram & potenter ciuitatem eodem nomine, quæ & Sparta dicta est à Sparto Phoronei filio. Huius princeps olim Menelaus & frater eius Agamemnon rex urbis Mycenarum, duces fuerunt Græcorum in bello Troiano. Porro Arca dia in media Peloponneso est sita, & Achaia ora quædam est Peloponnesi ab Achæis sic dicta. Achaia uero quæ est extra Peloponnesum, uocatur alio nomine Hellas, et sunt in ea multæ parue regiones, ut Bœotia, Phocis, Attica, &c. In Phocide est Parnassus mōs, in cuius australi latere est Delphi ciuitas, occupas locum petrosum, ubi tempulum est Apollinis. Templum illud et ciuitatem non muri sed præcipitia & naturalia presidia defendunt. In rupi anfractu, media fermè montis altitudine planicies est exigua, atq; in ea profundum terræ foramen, ex quo frigidus spiritus in quodam uelut uento in sublime expulsus, mentes uatum in uecordiam uertit, implorasq; deo respon-sa consulentibus dabantur.

## Thracia.

**T**hracia hodie uocatur Romania, & est regio nec cœlo nec solo fo-cunda satis & temperata, nisi ubi mati uicinior est. Homines habet feros & asperos, corporum magnitudine omnes homines antecedentes. Sunt truci uisu, terrifico uocis sono et annosa etate. Vrbes insigniores Thraciæ olim fuerunt Nicopolis, Callipolis Byzantium, que postea à Constantino Con-stantinopolis dicta est, & facta imperij sedes, totiusque orientis caput. Hæc primum à Pausania Spartanorum rege extorta creditur & per septem an-nos posseſſa, deinde uariâ uictoria, nunc Lacedæmoniorum, nunc Atheniensium fuit: demum à Constantino primo in nouam ampliata & in regiam urbem exaltata, translata est in eam omnis Romanæ dignitatis gloria, & dedicata in sedem Romani imperij, atque noua Roma appellata. Sed euolutis annis circiter 468. diuīsum est Ro-manum imperium à Constantinopo-litano, & primus imperator occidentalis factus est Carolus Magnus. Transtulit autem Constantinus ex Italia in orientem imperij sedem, quo Parthorum cōpēceret excursions. Ampliavit properea antiquam illam urbem, noua moenia erexit, turribus urbē mu-niuit, adeoque ornauit, ut magis deorum habitaculum quam hominum uideri posset. Nomen urbi nouam Ro-mam indidit, sed uicit obstinatio uulgi, ut à conditore Cōstantinopolis uocaretur. Posteri quoq; imperatores mirum in modum eam urbem exornauerunt. Erat triangularis formæ, duoq; latera alluebat mare. Hanc urbem pos-tea Galli cum Venetis 55. annis possederunt, uocati ab Alexio Isachij im-peratoris Constantinopolitaní filio. Quæ cū ciues Cōstantinopolitaní insi-diose occidissent, Galli & Veneti qui uenerat ut illi opem ferrēt, sedus inie-runt, ut quicquid urbiū, insularum & locoru ex illo imperio quæreretur, inter se diuiderent. Inde urbs impugna-ta 68.

**b**a 68. diebus, tandem capta est à Venetis & Gallis, qui & Balduinū Flādren sem imperatore creauerunt, & Veneti urbi episcopū dederūt. Deinde omnia loca preter Adrianopolim cesserunt Gallicis & Venetis armis, omniaque subiiciuntur Balduino. Venetis autem date sunt insulę Creta & Eubœa, & aliae multe paruz insulę in Aegeo mari. Postea anno quinquagesimo octavo, Byzantiū rursus amittitur & à Palæologo possidetur.

*Creta.*

**C**reta quę & Candia, insula maris mediterranei, in longitudine dicitur habere 270. millia passuum, & in latitudine quinquaginta millia. Cir cuitus eius 580. millia passuum cōple citur. Nullum in Creta animal noxiū est, capris copiosa, ceruis eget, optimi uini feracissima. Cureta olim uocata fuit à Curetibus inhabitatoribus, & in de Creta per syncopen. Alij dicūt Cre tam dictam, à Crete quondam louis filio, Curetum rege. Est autem h̄c insula foecunda frugum ubertate & pascu is copiosa. In medio est Ida mōs, omnium qui in ea sunt celeberrimus atque celsissimo vertice assurgens, ubi sylua exoritur fragratiſſimis cupressis refer ta. Insignes in ea urbes, Cortina, Cydonea, Gnosum, & Minois regia, Strabonis chronographi patria.

*De Turcarum origine.*

**T**urcarum primus dux fuit Ottomānus, à quo omnes posteri Turcarum imperatores Ottomanni sunt appellati. Hic obscuro loco & parēti bus agrarijs natus, uirtute ac calliditate singulari, conflata per seditionē manu, circunferre coepit arma, adiunxitq; sibi raptore, quibus stipatus et indies perditorum hominum adhæsione fortior factus, subegit circa annū Christi 1335. Cappadociam, deinde Pontum, Bithyniam & Asiam minorem. Et pri mum quidem cooperunt villas exure re, terras diripere & homines abducere, ac deinde potētiores facti, etiam regiones sibi subditas fecerunt. Mortuo

autem Ottomāno, successit filius eius Orchanes, qui partum regnum nō mīnuit sed auxit. Hic enim primus in Europam traiecit. Tādem post uigesimalū secundū imperij annum, Ammuratem filium h̄eredē relīquit. Qui per ducem Trapezuntinū admīlū, traiecit Hellēspontū atq; oppugnauit Bulgariam, Seruiam, & Adrianopolim. Post hūc regnauit filius eius Baiazites, q; expugnauit Macedoniā, Thessaliā, Bœotiam, Phocidē & Atticā. Cumq; obser deret Conſtātinopolim, Tamerlanes Tartarorum imperator irruēs in ditio nem eius, coepit omnia uastare: cui occurrēs Baiazites captus est ab eo atq; ligatus aureis catenis, & quasi canis sub mensa Tamerlanis coactus comedere. Et cum Tamerlanes ascenderet equū, usus est eo tanquam scabellō. In huius itaq; locum suffectus est Calepinus, cum quo Sigismundus imperator multa bella gessit, sed nō satis feliciter. Post hunc imperio functus est Moses anno scilicet 1400. Deinde anno 1408, in locū eius suffectus est Mahumetes, & hic adiecit imperio Turcarum Seruam, Vualachiam & partem Sclauonie statuitq; regiam sedē in Adrianopolis. Post hunc regnauit filius eius Amurates, anno scilicet 1422. ſxuiens q; more predecessorum expugnauit Thessalonicanam & bonam partem Græcie, obse dit quoque anno Christi 1439. Belgradum. Deinde anno Christi 1444. deuicit Christianorū exercitū apud lacum Vernensium, non procul à Bosphoro. Fuerūt aut̄ in exercitu illo Christiano rū, Vngari, Valachi, Poloni, rex Poloni, cardinalis Iulianus & multi pontifices Vngariz, & circiter triginta milia equitū. Occupuit tunc rex Poloni & Iulianus cardinalis. Ex qua uictoria tyrannus elatus, maxima ut aggres sus oppugnauit Pelopōnesum, & murū Isthmi Corinthiaci deiecit, qui unicū Pelopōnesorum putabatur esse prēsidium. Huic succedit filius Mahumetes, nonius Turcarum imperator, qui Christianos multis prelijs & cladi

bus affixit. Nā anno Christi 1453. ob  
sed quinquaginta diebus florentissi-  
mam urbem Cōstantinopolim, oppu-  
gnauitq̄ terra & mari, die noctuq̄, do-  
nec bona pars muri bombardis disisce-  
retur, opplereturq̄ magna pars fossē.  
Tunc Turcē per ruinas scandentes cū  
peruenissent ad antemurale, impera-  
tor Palēologus non ut regem decuit  
pugnauit: sed fugiēs in ipsis portz an-  
guilij cadens, calcatus pedibus obiit.  
Capta urbe itur ad rapinas, & omnia  
mis̄cētur cædibus & stupris, & præni-  
mia auaricia rapiendi, hostes in mutuā  
perniciem graſſantur. Potitus itaq̄ ty-  
rannus hac urbe & capite Grēcīz, om-  
nes alias ciuitates facile in suam rede-  
git potestatem. Deinde anno Christi  
1456. pergit cum numeroſa hominū  
multitudine uersus Albam, quæ olim  
Taurinū hodie uero Belgradum, uul-  
go Kriegeswylleburg. Et cum diu il-  
lud oppugnatet, tandem cum magna  
elade sui exercitus et cum dedecore co-  
actus est recedere. Hic tyrannus expu-  
gnauit quoq̄ Nigropontū Venetorū  
insulā, occupauit Athenas & Trape-  
zuntiam, & ab ea deinceps se impera-  
torem Trapezuntium scripsit, sicut à  
Constantinopoli Constantinopolita-  
num, & ab Adrianopoli Adrianopoli-  
tanum, ubi prædecessores sui centū cir-  
titer annos ante deuictam Constanti-  
nopolim constituerant sedem imperia-  
lem. Hic notandum quod Trapezus  
seu Trepezuntia urbs centum ferè an-  
nis à Cōstantinopolitano imperio est  
alienata subita præfecti defectiōe, qui  
ex Bizātio mitti cōsueuerat. Et ille qui  
primus ab imperio defecit, dixit se ab  
initio regem, inde imperatoris appella-  
tionem sumpsit. Expugnauit etiā me-  
moratus cacodæmon Caſtam & totā  
Tauricam Ciuuenſiū insulam, quam  
hodie appellat Preçop. Itē anno 1480.  
maxima uī Rhodū insulam aggredit,  
sed cum magna ignominia inde rufus  
recedens præicerote animi illo anno  
morit. Cui successit filius Paizetus,  
& hic Modonā Venetorū urbem ex-

pugnauit, & alia quædam loca in Mo-  
dauiā. Cumq; annis fermè 30. impara-  
set, successit illi anno 1512. Zelimus,  
quem alijs uocant Solymum, & hic Sy-  
riam subegit, Hierosolymā expugna-  
uit, Sultauum uita exuit, atque Aegy-  
ptum suo subiecit imperio, anno scili-  
et Christi 1516. Huius filius Soliman  
nus regnare cœpit post patrem, expu-  
gnauitq; Albam Grēcam Vngarię ci-  
uitatē anno à Christo nato 1521. ac de-  
inde anno 1423. in deditiōem recepit  
Rhodon insulā, & postea anno 1526.  
uastauit Budam Vngarię & regē eius  
Ludouicū in acia cœlum intererit. Hic  
quoq; obſedit Viennam Austric, anno  
1529. Sed frustra. Demorib. et ritibus  
Turcarum alij multaſcribunt.

## A P H R I C A.

**A** Phrica altera pars orbis ad me-  
ridiē exposita, & magnis solis  
ardoribus obnoxia, terminatur ab oc-  
cidente mari Atlantico, à meridiē ocea-  
no Aethiopico, ab oriente Niilo flumē  
ne, seu potius, ut Ptolemy placet, ma-  
ri Rubro, & à septentriōne mari medī  
terraneo, quod ex oceano apud colū-  
nas Herculeas tenui riuo & nō nisi de-  
cem milibus passuum patenti ingred-  
tur terrā. Insigniores regiones Africæ  
sunt Mauritania & Cæſariēsis, Africa  
minor, Numidia, Libya, Cyrene, Ae-  
gyptus, Aethiopia sub Aegypto &  
Aethiopia interior. At hæc nomina  
hodie in alia sunt mutata præter pauca  
quædā. Nam ubi olim fuit Mauritania,  
Africa minor, &c. hodie sunt Mauri,  
Barbaria, regnum Marochi, regnum  
Fessa, regnum Thunes, &c. Porro in  
interiorib. Africæ plurima quoq; sunt  
regna, ut in tabula noua Africæ ostendimur.  
Colitur aut̄ terra Aphricæ in-  
qualiter. Nam ad meridiē ob nimios  
xestus est plurimū deserta, arenis steri-  
libus obducta & maleficio animalium  
genere infesta, Contra quā Europam  
spectat, frequentior est illi cultus. Exi-  
mia agrorū feracitas, utpote qui locis  
quibusdam centesimo foenore reddit  
cultoribus messem. Mirū est quod de  
Mauritanie

Mauritaniz ubertate dicitur, esse in ea vites, quas duorum hominum comple xus capere non possit, uarū racemos cubitales: arbores circa Atlantē pro certitate insigni enodē. Sed omniū nobilissima citrus Romantis delicijs inser ta. Alit & Aphrica elephantos & dracones, qui beluis insidiantur suoq; cōplexu enecāt, leones, bubalos, pardos, capreas, & limes multas, onagros & multos serpētes, præsertim ceraſtas et aspides, cui pesti icneumonē minimū animal oposuit natura. Creat quoq; basiliscū malū singulare non tantū hominum & animalium, sed terre quoq; quā polluit et exurit. Ceterū draco ser pens est maximus dentes habens acutos & serratos, uim tamen habet maiorem in cauda quā dentibus, nec habet tantū de ueneno sicut alij serpētes. Si quem ligauerit occidit, à quo nec elephas tutus est corporis sui magnitudine. Nā circa semitas delitescēs, p; quas elephates gradium, crura cauda sua al ligat & innodat ad easumq; trahit. Ali quando insilit super eum à tergo, mordens eum & fugēs sanguinē eius. Ele phas aut ex subtractione sanguinis de bilitatus cadit super draconem, & mortis interficit occisorē suū. Perpetua itaq; est dimicatio inter dracones et ele phantes. Nam draco cauda constringit elephanṭē, elephas autē pede & promuscidē prostrēt draconem. Nasci tur draco apud Aethiopes 20. cubitorum magnitudine. Solēt quoq; 14. aut quindecim mutuo se complecti, & ceteris capitiib; uellificare per mare & flumina ad pascua meliora. Extinguit herbas, necat arbores, corrūpit aërem, ita ut aues impunē transuolare nō pos sint. Nilus quoque fouet crocodilum, qui linguam non habet, & equalia ante ris edidit oua, & plerunque ad triginta ulnas magnitudinis crevit. Hic armatus est unguum immunitate, circunda turque tanta cutis firmitate, ut nullo tormenti i; cu possit vulnerari. In Afri ca consurgit ē media arenarum uastita te Atlas mons, erigitq; caput ultra nu-

bila, & que ad Oceanum extendit manat fontibus, nemoribus inhorre scit, rupibus asperatur, sed non herbi da nuda humo est. Quā Africam spēcat est optimus, nascentibus spōte frugibus, arboribus opacissimus, que ueſtiuntur lanugine ferīcis uelleribus nī hilo uito. Vertex eius semper est nī ualis. In Mauritania Tinganica, auto re Solino, montes nutrunt elephantos. Hoc animal non amplius quam se mel gignit, editq; unum tātum foetum. Vixit in annos trecentos, frigoris im patiens. Pugnat cum elephantis quidam Aethiopes, & ad lapsum inclinatos abscindit posterioris partis carnes atq; comedit. Superat etiam arte ista. Cum elephas plenus à pascua redit dormitum, arbori hærens dormit. Non autem genuſecti ad terram postest. Incole igitur aduententes arbores elephantum adlxione detritas, iuxta humum secant eas, ut tamen non nisi impulse cadat. Elephas igitur uesperi cibo plenus ad notum cubile proficiens, omni mole ſecte arbori hærens, una cum ea ad terram proſternitur, & cum surgere nequeat abſcq; periculo, ab hominibus interficitur. Apud Nigras uero occidentales hoc ingenio capit. Delitescunt Nigritæ iuxta arbores ac prætereuntibus elephantis sagittas & uenabula infigunt, ſaliuntq; mi ro modo de loco in locum, ab una ar bore in aliam, donec feriant elephantum, qui cum maxima mole prægrauetur, nequit insidiantis iictus deuincere. Si autem id tentarent Nigritæ in locis patentibus ubi nullæ sunt arbores, non euaderent, quandoquidem nemo tantū si perniciatis, quem mox elephas non comprehendat etiam non currēs, sed gradatim incedens, id quod anima lis uasta magnitudo efficit. Apprehensum autem elephas hominem non aliter lredit quā promuscidē. Hac enim adē hominem facit in sublime: ut ſe pe numero ſic proiectus prius efflet anūmam quā terram contigerit.

Caput totius Africæ fuit olim Cartha

go septuaginta duobus annis condita ante Romam. Hec habuit reges potestissimos, qui usque adeo imperium dilatauerant, ut etiam inter quatuor principalia regna à quibusdam poneretur. Porro urbs ipsa habuit murum per circuitum 22000. passus, & tota ferè mati cingebatur. Murus fuit latus 30. per dibus i axo quadrato, in altitudine cubitorum quadraginta. Arx, cui nomē Byrsa fuit, paulo amplius quam duo millia passuum tenebat. Ex una parte mutus communis urbi & Byrsā erat, imminens mari, quod mare stagnum dicitur. Stetit urbs ipsa septuaginta annis, habens grauissima bella contra Romanos. Anno igitur 60: à Roma condita, senatus Romanus decrevit abdendum Carthaginem, ueniensq; ex principio suuensis oppugnauit ciuitatem sex cōtinuis diebus & noctibus, & obtentam accendit igni. Ipsa autem 17. continuis diebus arsit, miserū prabens spectaculum, dirutaq; est omni murali lapide in puluerem conuerso.

#### Cyrene.

**C**YRENAICA REGIO, quae & pentapolitana est, celebrata Ammonis oraculo, quinq; ciuitates egregias habet, Beronicen, Arsinoēn, Ptolemaidam, Apolloniā & Cyrenem. De Cyrene Strabo sic scribit: Cyrene urbs maxima, octoginta stadiorum, in campo facit editio, ut in mari uideti possit. Hec ab Aristeo condita putatur, qui filius regis Theramenis insule in Africam nauigans, montem Cyrā propter amoenitatem loci & fontis ubertatem occupauit.

#### Aegyptus.

**D**E Aegypto plurima scribenda hic sece offerunt, nempe de situ eius, urbibus eius, fluviis, fertilitate, diis, ritibus, inundatione, &c. Hec itaque ab orientemati Rubro Syriaq; iungitur, ab occidente autem Africe proxima est, annumetata Cyrenaica. Purant proinde quidā totam Aegyptum

olim fuisse mare, sed Nilis inundatione postea continens facta est, qui ex Aethiopia allapsus secum uim limni ingenem afferat, perpetuāq; exaggeratione habitabilem terram fecit.

Est autem Aegyptus frugum fertilissima autore Plinio, capite decimo quinto, libro uigesimo primo, ut pote in qua leguminā tertio die nascantur, & frumentū quām citissime maturescant. Aegyptij inuentores fuerunt Geometriæ propter continuas finitā dimensiones, quas Nilus auctus efficit, nunc addendo, nunc adimendo, nunc immutando figurās. Vnde iterum atque iterum mensurari oportebat. Feruntur etiam Aegyptij primi, qui solis & aliorum syderum uagam uertiginem excogitaverunt. Nullus enim ibi uapor in nubem cogitur, sed æstus dissoluit. Et ne terra nimia ariditate sterilis reddatur, loco pluuiarum Nilus singulis annis inuidat, idq; à solsticio estiuo usque ad æquinoctium: & adest terram adducto limo fecundat, ut segetes quatuor aut quinque exactis mensibus ad messem redeant. Interim uulgus ab operibus vacans ociosum indulget epulis ac uoluptati, et pecora in stabulis reclusa nutrituntur. Preudent autem Aegyptij ex Nili incremento uim aut penuriam futurarum frugum. Nam cum duodecim cubitis excrescit, Aegyptus fame sentit. Et cum tredecim, etiam esurit. At quatuordecim cubiti hilaritatē affectur: quindecim securitatem, & sedecim delicias, quod iustum fertur esse incrementum. Habet Nilus crocodilos, ut supra quoque meminimus, qui cuncti ex otis similibus ovis Anserinis procedant, crescunt tamen longitudine usq; ad sedecim cubitorum magnitudinem. Homines & animalia terrestria flumini appropinquātia unguibus discerpit. Est enim animal atroc inique fugientem mire audax, in persequentes timidum, quod dum hominem aggreditur, quasi lachrymari uidetur, ut ea misericordia simulatione oportunius circumuentum absumat. Porro Nilus,

ut Plinius ait, incertis oritur fontibus: aliqui enim à meridie eum descendere putarunt, ab his mōtibus quos Lunę uocat. Alij ex ea Africę parte quę Mauritanie proxima est, ut Iuba rex affirmat. Plinius capite nono libro quinto ait lacum quendam illic esse stagnantem, quem incolz Nilidem uocant, ex quo fluit, in cuius littore eadem piscium genera, quę in Nilo sunt spectatur, quin & crocodilos habet, quod argumentum est, Nilum inde exoriti. Est quoq; in Aegypto lacus quidam, in quo eit insula nomine Chennis, lucos sylvasque & grande Appollinis templū sustinens, quę innat, & quōque uenti agunt impellitur. Autores sunt Herodotus & Mela. Coluerunt Aegyptij olim animalia quędam, unde aliquid utilitatis habuerunt, ut felem, ikeumonomam (genus muris est) canem, accipitrem ibidem, crocodilum, &c. Et si quis aliquid horum animalium sponte occidisset, morte damnabatur, presertim si felem aut ibidē interfecisset. Nutriebatur hęc animalia summa cura in tēplorum ambitu à uiris non cōtemnēdis. Ibis præterea colebatur, quod singulis annis serpentibus allatis ex Aethiopia in Aegyptum uolantibus magno conamine resistit, & maiore ex parte absunit. Adorauerunt quoq; Aegyptij bouem nigrum, quem apim uocauerunt, alebaturque in septo quodam, de quo nonnunquam emittebatur in aulam quandam ut peregrinis ostenderetur. Scribit Plinius septem diebus natalem apis in Aegypto celebri, & per eos dies crocodilos nemini protius nocere, continuo autem octauo die ad horam sextam, belue redire feritatem. Apud Asbistas Aegypti populos est uulgatissimum Libyci dei cornigeri Ammonis templum, Libertatis munere institutum. Qui dum per aridam Libyam exercitum duceret & laboraret siti, opē à Ioue patre petiū. Et ferunt uates in medijs arenis arietem apparuisse terram cornibus efodientem, indeq; gelidum emanasse

fontem, cuius undas dum Liber cum exercitu biberet, loui delubrum condidit, quem Ammonem uocarunt, id est, louem arenarium. Itur autem ad hoc templum ab Aegypto uersus meridiem, interiacētq; steriles areng, quę solis ardore accensę intolerabili rictu uestigia exurunt, sed & tā subtilis est, ut homo facile in ea suffocetur, sicut olim Cambyses quinquaginta hominū milia amisit, qui arene cumulis obruti fuerunt, quia templum illud spoliare uolebant. Sed Alexander Magnus non territus secūdo amne peruenit ad Mareotidem paludem, deinde immensi arenarum campi patuerunt, haud se eus quād profundum mare, non arbor, non culti soli uestigium ullum occurrit. Quarto die ad templum peruenit. Dēsum ibi nemus & multi dulces fontes in sylua, intet quos unus dicitur ibi esse, qui mane tepidis fluit aquis, meridie frigidis, in uesperum calidis, post mediā noctē estuosis. In hoc itaq; templo lupiter colebatur & dabat per sacerdotem responsa. Cumq; Alexander quędisset an sibi orbis imperiū de stinaret, respondit, omnium terrarum & gentium eum rectorem fore. Tunc sacerdotes & templum amplissimis munib; ditauit. Hinc reuersus, inter Mareotim paludem & mare, complexus aream octuaginta stadiorum, condidit urbem Alexandriam, quę secundum locum habet in Aegypto post Memphis. Est autem Memphis hodie Cayrus, uulgo Alkair, sita in Delta, id est, insula quam facit Nilus, quę figuram habet delte, cuius basis est ora maritima. Hęc insula quando Nilus inundat tota obruitur aquis, præter ciuitates que in naturalibus aggeribus sitae sunt. Ceterum Memphis regia Aegypti hodie in duas diuiditur partes, una uocatur Babylonia noua, altera Cayrus. Ab ea tribus dictis distat Damiata, quam aliqui Eliopolim olim fuisse putant: alij dicunt Eliopolim fuisse Thebas, quas centum portas Homerus habuisse scribit, &

mocnia 140 stadiorum. Hodie ea urbs vocatur Diopolis. Reges Aegypti in Thebis primū sedērūt, deinde in Memphi; usq; ad Alexādri Macedonis tempora, qui Alexādriam iuxta mare condidit. Sunt qui dicūt Aegyptum olim habuisse decem & octo milia insignis oppidorum & ciuitatum.

*Aethiopia.*

**S**Vb Aethiopibus ast; intelligimus quoq; Troglodytas, Garamates, Libyos, Nasamones, Getulos, &c. Supra Aegyptū & Nili cataractā Aethiopes sunt in meridiem uergentes ultra Syenem & tropicum Cancri, uarijs non inibus, locis & moribus. Ad Meroē insulam, quam Nilus intercludit, habitat Meroēni populi, & iuxta Macrobi, homines probi atque integri, qui uitæ spacio dimidio ferè lōgius quam nos uiuant. Sunt ibi quoque Automalæ, apud quos mira est auri copia, minor autem æris. Aethiopibus imperauit Candaces regina tempore Strabonis, cuius regia eius Napata. Dicit etiā Strabo Aethiopes magna ex parte pastoralem ac inopem agere uitam, propter solititudinem & aëris intemperiem. Vnde & in mediterraneis locis plerunque deseritur propter æstus magnitudinem & fontium raritatem. Iuxta fluuim Asam habitant Rizophagi, comedentes scilicet radices arundinum, ex quibus contritis faciunt plantas, nec aliud quicquam gustant, ideo cotinuam pacem inter se habent. A leonibus multa patiuntur, & planè duduī deleti essent nisi natura eis sponte præsidū tulisset. Nam sub ortum canis innumerā culicū multitudo ad ea loca uolans, homines non ledunt, sed leones morsu & uociis sono abiit compellunt. Alij sunt Aethiopes Cygnici sylvestrem incolentes patriam & asperam, rarisq; aquarum fontibus, supra arbores ferarum timore dormientes. Sub auroram ad aquarum decursus armati ueniunt, abscondentes se sub arborum frondes. Sub æstu vero solis agrestes boues pardaliz & alij diuer-

se ferē caloris & sitis impatiētia ad aquas confluentes, usque adeo se repellent aqua, ut uix se mouere possint, & tunc ab Aethiopibus dolo capiuntur, necantur, distribuuntur in cœtus ad comedendum. Sunt etiam alij Acri dophagi Aethiopes, qui scilicet locis ueluntur. Veris enim tempore infinitus locustarū numerus ad eos defertur, quæ permagnæ sunt, prebentes uictum omni genti. Has sale superinfuso diu seruant pro cibo. Non enim pecora nutriunt neque pisces habent, procūl à mari positi. Alij sunt Trogloditz, in speluncis terræ habitantes & nudi incedentes, nisi quod uerenda tegunt pellibus. In terra eorum tanta est vis solis in meridiē, ut discalciati incedere non possint, sine graui pedium exulte ratione. Sicientes nisi cito potum sumant, moriuntur per æstu. Cibi in uias æneum cum aqua positi, cito solis ardore absq; igne decoquuntur. Est etiā lacus mirabilis in illis locis, qui perfusa corpora uelut oleo expolit, estque tam liquidus, ut nec caducas quide uehat frôdes, sed illico folia delapsa ad fidum dimitiat latice tenuitate. Autor est Solinus. Ad orientis latus sunt Nomades Aethiopes, pascedo pecori ad dicti. Cinocephali, qui lacte uiunt. Achei, qui elephantorum uenatu sustentantur. Item Sorbotz, quibus longitudo 12. pedum. Et Sambales, apud quos quadrupedes auribus carēt. Præterea Agriophagi, qui humana carne uescuntur. Cinomolgi, quibus rictus sunt canini & ora prominentia. Arta pathitz, proni ut pecora sine sedibus uagantur. Nugantur etiam quidam, circa originem Nili habitare Pygmæos, qui cubitum non excedunt, hominibus in figura persimiles: recte indecunt, sed loquuntur imperfecte. In tertio anno generant, & in fine octauis moriuntur. Vt ratione parent, non colunt iusticiam, uercundiam nullam habent aut honestatem, ideo bruti nuncupantur. Ultra hos sunt deserta ingentia, nec penitus olim ad meridiē cognita Africa,

**A**frica, quamquam persepe, autore Plinio & Pomponio, circumnavigata: hodie autem regum Portugallie curta iterum patescere est: & quo Romanorum arma olim penetrare non potuerunt, illuc hodie Hispanorū peruenit uictoria. Omnes supra nominati Aethiopes in Eoam partē uergentes, sub equinoctiali & circa initia tropicorum habitant, autore Ptolemæo, magno errore eorum qui sub tortida zōna mortales habitare negant, id quod hodie adeò compertum est, ut demonstratione non egeat. Summus Aethiopis rex dicitur esse Pretoianes, quem illi Hiam, id est, potentem uocat & est tam potens ut & alijs regibus imperare predicitur. Christianus est, & iuxta Nilum habitare dicitur.

*Asia maior.*

**A**sia altera tripartite terre pars, inter plures diuidit portiones, quarū alij maiores, alijs minores comprehendent ambitus. Tam latum autem & patens dicitur esse, quicquid terra Asia nomine continetur, ut Africa & Europa non magis complectantur quam sola Asia. Credo tēperato est, solo fersili, & propterea omnium animantium gente cultissima. Quapropter liquet, in ea uarios gentium esse mores & ritus, uaticāq; nascentium mirabilia.

*Asia minor.*

**H**abet hec regio, sicut & circumiacentes, nempe Pontus, Bithynia, Lycia, Pamphylia, Cilicia, Rhodus, &c. multas insignes urbes. In Asia minori est Ephesus, & illi seu Troia. Metropolis Bithynie est Nicæa. Rhodiorū urbs super orientali promotorio sita, portubus, uīs & mēnibus, & cetera fabrica tātum alias excellit, ut nulla ei equalis facile inueniat. Multo tempore dominata est mari & piratas sustulit. Romanis amica fuit et Grecis. Ibi fuit Iouis colossus, qui dicitur fuisse 70. cubitorum, sed postea ex terre motu fractus, genib. collapsus est. Habet Rhodus insula in circuitu ambitum 920. stadiorū. Cilicia regio abūdat

cedris & alijs arboribus idoneis pro fabrīcandis nauibus. Fuit quoque philosophi studiū tam magnū in Tharsos urbe, ut supererat Atheniēse & Alexandria, licet solum indigenē & non multi peregrini illuc aduenerint. Pontus, unde Strabo oriundus fuit, habet planiciem semper roscidam & herbidam. Tantam præterea agrestium pomorum & ultro nascentium copiā regio affert, uuarum, prunorum, malorum, ac nucum, ut quocunq; anni tempore in sylvas exierint, tjs abundant, cum interdum adhuc fructus in arboribus pendeant, interdum lapsa in terram sub folijs iaceant. Vnde & multa est ferarum omnis generis in ea regio neuenatio, propter alimonie copiam. Cyprus insula abūdat uino, saccharo, sale & oleo, frumenti quoque satis habet: ergis metalla apud Tenassum abundant, in quibus uitreolum & rubigo existit nascitur, ad medicinę usum idonea. Regia sedes fuit in Nicosia, à qua octo Germanicis miliaribus distat Famagusta alia insignis urbs. Veneti hodie dominio eius potiuntur. Nam cum Jacobus regis Cypri illegitimus filius pro firmitate regni seruandī duxisset uxorem filiam cuiusdam ciuiis Veneti, quam senatus in filiam adoptauit, morereturque post eius impregnationem, commendauit uxorem & filium Posthumum Veneto senatu. Et cum Posthumus haud multo post moreretur, regnum peruenit ad manus Venetorum, quod tamen debebatur Lusdouico Subaudiensi, cuius uxor erat legitima filia regis Cypri. Contigerūt autem ista anno Christi 1473. Cyclades insule numero sunt quinquaginta tres, sic dicte, quod in modū cycli circuitum Delon insulam positz sunt, inter quas una est quæ Posidium & alio nomine Pathmos uocatur, in quā Ioannes Euāgelista in exiliū missus est. Est & Calia insignis quæ Lesbos uocatur, in qua est Mitilene ciuitas. In Lycia mōs est Chymera, qui nocturnis astibus fumū exhalat, sicut Aetna in Sicilia. Ga-

Iatia à Gallis sic est denominata. Hi cū essent nimis multiplicati, recesserunt è Gallia ad querēdas nouas sedes, ueniētesq; ad Grēciā à rege Bithynię in sub sidiū suscepti cōtra hostes, nactaq; uictoria, dedit eis partē regni sui quae uocata est Gallogrēcia, deinde Galatia.

## Armenia.

**A**rmenia à Cappadocia usq; ad mare Caspiū patet, habetq; mōtes altissimos & semper nivales. Vnde qui iter faciunt uersus Iberiam & Colchidem, dicuntur in summis montium cacuminibus sēpe niue obrui. Quapropter serunt lēcum baculos contra eiulmodi pericula, quos in summa niuem respīrādi gratia exerant, & ut eo signo auxilium ab aduentantibus cōsequantur: quapropter sēpe effossi seruantur. Sunt etiam in hac regione magni quidam lacus, per quorū unum labit ut Tigris, sed propter celeritatē suam undam impermixtam seruat, unde & nomen habet. Nam Medi sagittam tigrim uocat. Hic fluvius in montibus Armeniā modicis incremētis nascitur deinde interecto aliquo spacio sub terras mergitur, atq; post aliquid spaciū grande lumen iam emergit. Tantaq; uiolentia mouetur, ut & lapides secū trahat, & uno die tantum itineris peragat quam uir uelox posset per septem currere. In montibus Armeniā arca diuini quieuisse memoratur in scriptura sacra.

## Syria.

**S**yria uniuersa omni ubertate est referta, ad alenda pecora pascuis & frugibus plena. Vnde multi ex diversis regionib; potētia & diuitijs pol̄ētes eum locum sibi adhabitandū elegerunt, ciuitatesq; & oppida sibi cōderunt. Qui ad mare diuerterūt, Phœnices appellati sunt, primi qui mercādiū usum excitarūt, & qui cœli & stellarum cursum, omniumq; superiorū motū ingenij magnitudine inuenierūt. Hic tenet loppē & Gazā. Post hos sunt Sidoni, multarū atq; optimarū artū magistri, ubi astronomia & arithmeticā

initium haberūt, ob computatiōnē & nocturnam nauigationem. In Syria est urbs quādam Alexādria in collēta, in testimonīi uictoriæ quo Alexander Darium in illo loco profligauit. Est tamen Syria urbs prima & præcipua Damascus, qua uetusior in tota Asia uix est, cum fuerit extorta ante Abrahā tempora. Hec distat à Hierusalemē itinere sex dierū, ubi sanctus Paulus baptismū suscepit, & prope eam in terram prostratus fuit luce coelesti, dum persequeretur Christianos. Tyrus urbs olim Phœnicis maxima, Sidoniorum colonia, negotiatio maris, emporiū totius orbis, olim quidem insula, sed à Nabuchodonosor, hoc est, Alexandro Magno propter expugnationē multis in breui freto cōportatis aggeribus, terra cōtinēs facta est. Hec urbs tam munita erat, ut nulla moles fieri putaret in littore pro accessu. Nam per Africū procella illidebantur in litus, ut superarent omnem molem suo telexu. Ceterū præaltū mare sic ambiebat turres & murum, ut nullæ scalæ applicari possent. Alexāder uero fecit duos aggeres ex arboribus ramatis, in iectis lapidibus & terra, sed sciam mare omnia dirupit. Deinde copulauit naues, quæ & ipse diruptæ sunt, submersis multis in eis. Tertio omnes adhibuit uires & nouū fecit aggerē, multipli cavitq; naues donec moenia obtinuit. Capta est autem urbs septimo mense postquā oppugnata est, & interficiunt in ea sex milia hominū, atq; duomilia crucibus suspensi. Est in Syria quoq; Palestina, quæ habet Samariam, Iudeam, Galileam & Idumiam, quæ scilicet est contermina à meridie Arabiæ. In Phœnicia est mōs percebris Libanus, & item Antilibanus, uts de duo proruunt fluuioli Dan & Ior, qui post aliquid spaciū coētūtes Iordanem faciunt. Iordanis autem efficie lacum Samachonitem, mare Galileæ & mare mortuū, estq; terminus Iudeæ orientalis sicut mare mediterraneū terminas eis occidentalis.

Terra

## Terra sancta.

Vnde quæ & terra promissionis, arcta quidem est sed longa. Nam insumit à Libano, extediturq; inter Iordanem & mare mediterraneū usq; ad noctana Idumæorum. Montosa est atq; circunsepta à tergo instar paradisi Aræcis montibus & desertis. Hanc terram biblii libri Chananiam appellant, & est uariarum opum diues, fertilis frigibus, aquis illuftris, & opima balsamo, in medio orbis constituta, ut nec nro frigore rigeat, nec calore torreatur. Ob quā elemētorū gratiam, Hebreorum gens estimauerunt eam melle & lacte manantem, apud quam solā aprima hominis formatione, ueridē cognitione, cultus & idioma primū permanuit. Mons Libanus in ea situs mirè est altitudinis, atq; ob id cacumē eius raro est sine niubus, ut etiam uero tempore Tyri hinc niuem pro referti gerando uiso petant. Infra oppidū lethico Iordanis mergitur in mare mortuum, nec inuenitur habere exitum aliquem. Vocatur enim mare illud lacus Sodomiticus propter Sodomā et alias urbes illic olim igne cœlesti exustas. Vocatur mare mortuū, propter aquæ immobilitatem. Nam neq; uetus mouetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur, neq; nauigatio nis patiens est, nec aliquid in eo uiuere potest. Strabo q; ignorauit causam huius exustæ terræ, scribit de lacu Sodomiticō in hismodi. Lacus iste plenus est bitumine, quod ē medio fundo temporibus inordinatis cū bullis quasi feruentis aque efflatur. Fumosus & asper eti ater, tri argento & nitidis omnibus rubiginē inducit. Bitumen est terre gleba, quæ à calore liquefacta efflaet atq; diffunditur, rursumq; in glaciē fortissimam ab aqua frigida immutatur. Ignis autē & bituminis fons in medio est, quāquam flatio sit inordinata. Regionē etiā igneā esse ait. Nam & petras exustas ostendunt, & multis in locis prærupta & terrā cinerulentā & pīcis guttas ex petris distillatæ & flumina fœtido odore effluentia. Ab indi-

genis dicitur, quod in hoc loco tredecim urbes olim habitatæ fuerint, quarū metropolis Sodoma fuerit, et quod ex terra motibus & ignis affluat & aquis calidis & bituminosis & sulfureis, lacus eruperit, & qd petre igniferæ facte sint, & urbium aliq; absorptæ aliae ab habitatoribus derelictæ. Hæc Strabo. Si legiſſet decimum nonū caput Geneſeos, certiora de hoc lacu et circuacente regione scribere potuſſet. Inter huc lacum & mare mediterraneū, situm habet urbs Ierusalem toto orbe memoriabilis, & quæ nulli alteri comparari potest, si uel felicitatem uel infortunium attēderis. Nam ante multa milia annorum habitatō fuit credētū in deum, & nouissime prophete presagierūt, ex ea orituram salutem & diffundendam per uniuersum mundum, id quod & factū scimus atque firmiter credimus. Rursum quanta mala hæc urbs ante Christi incarnationem perpetua fuerit propter inhabitantium peccata, nemo ignorat, qui ſaltem libros Regū legit. Hi enim ostendunt, quod cum habitatores eius nullis prophetarum oraculis in legis diuinis obſeruantia cōtinenter potuerint, nō defuisse flagellum dei. Aduocatus enim rex Babyloniorum, omnes Hierosolymitanos in captiuitatem duxit, urbē & templum cōbusſit, &c. Sed & quam ſape euersa fuerit post Christi crucifixionem, iam brevibus indicabo. Anno nativitatis Christi 73, Ierusalē à Tito capiē & subuerit, fame et gladio multis millibus hominū occisis, & multis millibus captiuitatis. Anno Christi 136, Elius Adrianus Alexādriam & Ierosolymā ducens subuersas restaurauit, & Ierusalem nomine ſuo Eliam appellauit. Tempore Hēriti quarti Saraceni & Sultani Ieroſolymam capiēt, domini tamen sepulchrū queſtus gratia intemeratum reliquerūt, et templum domini famosissimū facrilege religioni referuarūt, tantuq; apud illos habitū fuit uenerationi, ut nunquam illud nisi nudis & lotis ac quie mundis pedibus intrarent: nullum

uero Christianorū quos immundos iudicabāt, uel intra atrium ingredi permitteret. Cōcilio igit̄ ex Gallis & Hispanis per papā factō, anno domini 1097. designata sunt in dominī militiam cōciter centū milia uirorū ex Aquitania, Nortmannia, Anglia, & cotia, Hybernia, Britannia, Galicia, Galconia, Galilia, Flandria & Lotharingia, crucis signaculum in uestibus preferentes. Horum duces fuerunt Gotfridus Lotharingensis cū suis fratribus Baldeuinō & Eustathio, Ruperto Flādrensi, Ruperto Nortmannico, & Hugone fratre Philippi regis Galliæ. Fama huius pfectiōnis increbescēt, undecunque accurrebant homines, & quotidiane augebatur numerus. Transeuntes itaque per Germaniam & Vngariam, diuersis itineris difficultatibus Bulgariam permeant & uenient Constantiopolim ad imperatōrem eius urbis Alexiū. Motis deinde castris primū expugnant Nicēam, fugant̄ Solimanum principē Paganorū. Deinde noctem mēsibus Antiochia obſidēt, urbē humanis uiribus inexpugnabilem, sed Christi beneficio tradita est eis in manus. Mox Syriā ingressi aliquot oppida occupant, & festinantes ad Ierusalem, illam occupauerunt, effuso multo Saracenorum sanguine. Ubentia itaq̄ iterum terra sancta, magna multitudine ad patriam remeare contendit, ceteri qui transierunt terram incoluerūt. Gotfridus itaq̄ Christicolis ut pater prefuit per unum annum, immatura morte subtractus. Cui successit Baldeuinus frater eius creatus in regē. Cūq̄ Christiani tenuissent terram sanctam 88. annis, uenit Saladinus rex Persarum & cepit Ierusalem, factaq̄ est magna cædes Christianorū, & tota terra Saracenis subacta est præter Tyrum, quæ cīta est mari. Ad cuius famam mox undique principes, marchiones, comites, episcopi, reges & populi surgunt ad liberaendum terrā. Sed & imperator ipse Fridericus primus cum prædictis principib⁹ pergens, & ueniens in Arme-

niam, descendit in fluuim lauādi gratia, arreptusq; ab aqua submersus est magna conſternatione exercitus Christianorum. Recuperata est tūc Cypris insula, Acon ciuitas, Ioppe & Ierusalem. Deinde anno Christi 1217. Saraceni rursus expugnauerūt Ierusalē. anno domini 1229. Ierusalem cum alijs centibus locis Christianis restitutur, & sūt treuge inter Christianos & Sultanos per decē annos. Item anno Christi 1244. Ierusalē rursus ab infideibus occupatur & trucidātur Christiani, & postea anno 1290. amiserunt Christiani ferè totam terram sanctam, māsūq; sub Sultano usq; ad tempora nostra, ubi Turca Palestinam & Aegyptū occupauit, profligato Sultano.

#### Arabia.

**T** Riplex est Arabia, Petrea, Deserta et Felix. Deserta occupat herēnum mira magnitudinis, ubi nihil nisi serpentes & bestiæ immanes morantur. Arabia Petrea sic uocatur à regia eius Petra, terminat̄q; ob occasu parte Aegypti, à septentrione Palestina, ab Oriente Arabia deserta & à meridie suu Arabico & felici Arabia. Habitac autem in ea magna pars Saracenorū, fert que balsamum in quadam conuale. At tertia Arabia, quę propter fertilitatem & fructuum copiam felix nominatur, producit calamum, myrrham, thus, & casiam, cinnamonum, ligna odorifera, & resinam suauissimi odoris, ut etiam mira fragrantia ex illa regione spiret ad eos qui in mare à longe adueniunt. Qui uero intra regionem degunt, propter nimiam ac intolerabilem terri fragrantiam, stuporem in sensibus percipiunt, ut cogātur etiam illam leuare bituminis suffitu & hirci barba. Apud Arabes nasci prohibetur avis Fenix, & hac habet magnitudinem Aquilę, habet caput plumis ornatum, fauces cristatas: est circa collum fulgore aureo, postera autem parte colore purpureo absq; cauda, & illis rosis pennis inscribitur ceruleus nitor. Probatum etiam est, auem illam durare annis

re annis 540. Senescens autem ex casia, thuris lachrymis & surculis nido sibi & rogum costruit, hisque successis comburit & ipsa ut uiuat. Ex ossibus namque & pinguedine nascitur primo cœu quidam uermiculus, & inde fit pullus atque plumata avis.

De Mahometo

**M**alios Persa natus nobile parente sed idololatra, matre uero Hebraica gentis, duxit diuitiæ uxorem, aſſeruitque se prophetam esse a deo missum, ut legem quem à iudeis data erat, et quem Christianis, temperaret. Nimis enim rigidas eas prædicabat. Et cum nequam ille morbus haberet caducum, affirmabat Gabrielem angelum fecit loqui, cuius splendorem ferre non posset, sed eadē cogeretur in terrā. Hic multos Asia & Africæ populos cōmóvit, quos noua religione imbuens, Saracenos ex dei præcepto uocari dicebat a Sara legitima, quasi legitimos diuinæ promissio- nis successores. Uſus est concilio nefario Sergij monachi, ordinavitque multos fieri flexiones, & meridiem uersus adorandum, unum deum non trinum contendere, se non deum sed dei eximium prophetam habendum, omnes carnes edendas præter porcinas, morticina & sanguinem; quatuor legitimas uxores ducendas ab omnibus qui uellent. Paradisum carnalis cibi ac potus locum, & indulgedis mulieribus perhibebat, aliaque multa stulta docebat, quæ cum stultis credibili uiderentur, facile regionis illius obtinuit principatum. Deinde coacto exercitu Damascum cepit, Phoenicen & Aegyptum occupauit aque Persiam, serpuitque perfida eius per uniuersum mundum, ut hodie Afri, Marani, Aegypti, Tartari, Turci, Sultani, Saraci, & fere omnes orientales populi dogma eius puerum acceptaverint. Anno Christi 632. Saraci adeverunt Persis imperium, constitueruntque imperii sedem in urbe Valdacha, (alijs uocat Balthach) quem olim Babylon sicut ad Eufratem sita. Mansitque

regnum eorum incolore 419. annis. Deinde Turci sunt rerum potiti, quos tum imperium coepit anno salutis 1051. Tartari deinde, gens Scythica, Turcorum opes affixerunt, suntque Asia imperium adepti anno 1204. Tamor sexus eius gentis imperator, in Cathaya no regno sibi sedem fixit.

De Tartari

**T**artari ad Cathayum usque celebrem in extremo Oceano ad orientem ciuitatem, latissimas tenent solitudines. A septentrione uersus Hyrcanum mare habitat Zagathai Tartarorum nobilissimi, incolentesque oppida lapide constructa & habent regiam Samarcadam eximia magnitudinis, quam Taxartes maximus Sogdiane annis interfluit, atque inde in Caspium mare effunditur. Dicuntur autem Tartari a Tar tar fluvio, qui regionem ipsorum Mongal percurrit. Est regio eorum plurimæ montosa & steriles, nisi aquis fluvialibus irrigetur, unde & multum deserta est. Lignis in plerisque locis adeo inops, ut arido boum & equorum stercore incole ipsi ignes fouere cogatur. Aer & celum intemperatum, tonitrua & fulgura inestate horrenda, iam calor magus est, mox frigus, & densissime nubes cadunt. Fuit ab initio ferus gentis illius cultus, sine moribus, sine lege, per eorum pastores. Finitimis tributum pen debant, donec proprium creauerunt regem. Tunc finitimos Seythas bello subegerunt & vectigales fecerunt. Indere motiores populos aggressi tam prospere, ut in breui armis suis omnia regna, gentes & nationes subegerint a Scythia usque ad solis ortum, & ab ortu solis usque ad mediterraneum mare, ut merito rex eorum iam se totius Orientis dominum & imperatorem scribat. Sunt autem Tartari omnium hominum deformissimi corpore, leues & agiles, boni equites et mali pedites. Sermone horrido sunt & clamoroso, cantantesque luporum more ululant. Non in uillis aut urbibus sed in campo ueterum Scytharum ritu sub tabernaculis habitant.

Cham

**C**ham regem & dominum suum filium dei existimates religiose adorant, & tantum illi tribuunt, ut dignorem in mundo non esse credant. Ceteros homines adeo hec gens contemnit, ut alloqui fastidiat. Tantæ avaritiae sunt, ut ubi quispiam aliquid uiderit quod habere desiderat, si illo potiri cum uoluntate possessoris nequeat, dummodo Tartari nō sit, ui rapit, ex precepto & instituto regum licere arbitrantes. Victus eorum immundissimi sunt, nam mensas non operiunt mantilibus, nec manutergijs utuntur, manus non lauant, nec corpus, nec uestimenta: panem non edunt, non olera, nō legumina, sed tantummodo omnium animalium carnes, canum etiam & cattorum, equorum, & grandiusculorum murorum. Captorum inimicorum corpora affant & dentibus loporum instar dilaniant, & sanguinem eorum prius collectū crateris infusum epotant. Laciu[m] nitinum alias ipsis potus est. Nullum animal ex nimia tenacitate comedunt integrum & sanum, sed quando mutulatum fuerit, cooperit[ur] iam aut senectute aut aliqua alia pernicie languesce[re], &c.

#### Mesopotamia.

**C**elebratur hæc regio in sacris litteris habitatione & cognatione Abrahāmi, uocaturque in hebraismo בְּרֵם גָּתָרִים id est, Syria fluuiorum, quam Graeci uocant Mesopotamiam, id est, regionem sitam in medio fluuiorum, Eufratis scilicet & Tigris. Fert autem ad pascenda pecora, latissima passua, quippe quā Eufrates impinguat, annu[m] inundationis excessibus terris superfusus. Fert que semper uirent, & aroma. Alit quoq[ue] leones.

#### Affryia.

**M**etropolis Affryæ olim fuit Babylon, quæ postea Seleucia dicta est, cuius urbis muri ambitus, quā in flore esset, habuit 385. stadia, crassitu[m] eius fuit 32. pedum altitudo 50. cui-

bitorum, turres 60. uia super mœnia tam lata, ut quadrigæ occurrentes facile pertransire possent. Euphrates medius am urbē interluit. Xerxes eam diruit. Seleucus uero successor Alexандri Seleuciam ad Tigrem condidit, ad stadia trecēta Babylonii proxima, eam regni caput constituens, quæ & mox maior effecta est quam Babylon. Est etiā habitatio quædā in Babylonia, deputata pro his qui uersantur circa philosophiam, appellatæ Chaldaæ. Unde Chaldaei Assyriorum sunt magi ad deorum cultum instituti, qui scilicet diuina obseruatione syderum, scientiam purantur aſequunt, ut prædicere possint, quid cui eventurum. In Assyria raro pluit, sed fluminis irrigatione & aſcarum labore magna frumenti ubertas paratur. Palmis uescuntur, ex quibus mel & uinum conficiunt. Primum regnum in Babylonia occupauit Nimiribrotus pater Beli & auus Nini. Ninus autem primus cepit arma inferre & subiugare sibi alia loca & confundere aureum seculum, quod ante fuit. Duravitque monarchia illa 1234. annis. Deinde fuit bipartita illa monarchia, ex uno in Babyloniam, ex alio in Mediam & Persas, mansitque illa diuisio annis 304. Deinde sub Cyro & Dario reuinita fuit monarchia, durauitque annis 191. usque ad Alexandrum Magnū, qui translatum imperium in Græcos, ubi mansit annis 495.

#### Persia.

**F**Verūt olim Persæ gens bellica & quæ diu in oriente rerum est posita, nunc armis desueta ueteri gloria excidit. Vallatur autem Persarum regio altissimis montibus, habens à tergo Caucasum montem qui pertingit usque ad mare rubrum. Porro planicies sub radicibus montium spaciose est & fertili, multisque uicis & urbibus frequens. Araxes fluuius per hos fluit campos, & quicquid alluit, floribus uestit. Platani quoque & populi con tegunt ripas. Temperatum habet cœlum, nec est regio alia in tota Asia salubrior

brior. Persepolis regiōis est metropolis & totius orientalis imperij olim caput, in quam à multis regibus immensagaza congesta erat. At ab Alexandro Magno capta est & direpta, atque immensi thesauri auri & argenti in ea reperti. Deinde urbem illam regiam, tot regum altricem, totius orientis imperatricem, Græciā & ceterarum gentium terrorem, flammis incendit. Tempore nativitatis Christi fuit imperium Persicum sub Romanis, sed postea deficients ab eis, potiti sunt aliquot annis rerum, donec anno Christi 632, Saraceni ademerūt imperium, sedem imperii facientes Valdacham urbem, quę olim fuit Babylon.

## Media.

**V**Tuntur habitatores Medie, Persae, Ariz, Bactriæ, & Sogdianæ quasi una lingua. Regio Medorum uersus septentrionem sterilis esse dicitur. Nam faciunt ex tostis amygdalis panem, & ex herbarum radicibus uinum conficiunt. Ferinis carnis plurimum uictitant. Ecbatana caput est regionis.

## Partia.

**H**AEC regio nemorosa est & montana, inops frugum. Gens ipsa primum fuit obscura, postea Macedonibus seruuit, sed procedente tempore tantum in usitate creuerunt, ut non tantum sinitimis imperarent, sed à Romanis bello petiti, eos magnis cladi bus uicerint. Post defectionem Macedonici imperij sub regibus fuit, qui Araces ab Arsace primo rege dicebantur. Sermo his est mixtus ex Scythico Medoq.

## Hyrcania.

**H**YRCANIA dicta à sylva Hyrcana, quę Scythiq subiacet. Est autem sylvis aspera, copiosa immanibus fatis, tigridibus, pantheribus que & patdis. Est in ea uberrimum gignendis uis solum. Frequens arbor in ea quer

cus, cuius folia ante orium solis motu melle tinguntur, sed orto sole modico tempore succus extinguitur. Huic regioni uicina fuit Amazonum gens, cuius regina Thalestris, quę uenidit Alexandri cupiditate accensa uenit ad eum, cum Hyrcaniam, quę fuerat Darij regis Periarum, expugnasset, cum trecentis mulieribus. Et cum quereretur an aliquid uellet petere à rege, respondit se eo consilio uenisse, ut ex eius congreßu conciperet, si se non indigna existimaret. Absumpti sunt inde aliquot dies, in obsequij desiderium.

## Bactriæ.

**B**ACTRIANI sunt gentes horridis in genijs, horrentes à luxu Periarum, bellicosq & rapto uiuere assidue. Habet hęc regio in aliquibus locis arbores & uites & mites fructus, & crebris rigatur fontibus. Deinde magnā partem steriles tenent arenę. Et cum uenti à mari spirant, omnia itineris uestigia intereunt, ut qui campos transeunt nauigatiū more noctu sydera obseruent, ad quorum cursum iter dirigunt in ipsa terra, ut interdiu inuia sit ipsa regio, quia tunc nullum inuenitur uestigium, & nitor syderum absconditur caligine. Quod si aliquos ille uentus qui a mari exoritur deprehendit, arena obruit. Sed ubimior est terra in gens hominum equorumq est multitudine. Cötigit olim, ut Alexandri Magni milites crudis in ea terra carnis uesci coacti sint lignorum inopia. Habet Bactri camelos multos, oneri ferendo accommodatos. Tolerant hęc animalia sicut in quadrupedem, & cum occasio bendi data est, resartunt omnia præterita desideria. Turbulentas aquas captant, & puras refugiunt.

## India.

**I**Ndia orientalis Asia terminus, tam uasta perhibetur, ut eam tertia omnium terrarum partem tradant. Appellationem accepit à flumine Indo, qui occidentalis

occidenteis eius est terminus. A septentrione usq; ad monte Caucasum peruenit. Gentes habet multas & oppidis adeo est exculta, ut quidam in ea 5000. fuisse dicant. Fluuios memorabiles, Gangem, Indum & Hypanum habet, sed omnium maximus Ganges, quippe in quem multi fluunt amnes. Latitudo eius dicitur esse 30. stadiorum. Hic fluuius alit crocodilos, delphines, & alias beluas. Terra Indiæ saluberrima, bis in anno metit fruges. Fert Cinnamomum, piper & calatum aromaticum. Ebenum arborem sola producit, psitacum auem, monoceron bestiam. Excellit pulchritudine cæteras mundi partes, distincta multis, que eam rigat, fluminibus. Est in ea incredibilis elephantorum numerus, & magna copia auri, argenti, ferri, æris & lapidum preciosorum. India interior habet sylvas spacioſissimas, proceræ altitudinis arbores, & umbrosas, leuantes æstum solis aquas largas manantes fontibus. Est quoque in ea magna uis serpentium, squamis fulgorè auri reddentium. Nec est uirtus magis noxiæ, quia mortuum preſens mors sequitur, niſi mox remedium adhibetur incolis notum. Legimus monoculos quoque in India esse. Quosdā etiam tam insigniter auritos: ut aures ad pedes defluant, atque in alterutram earum decubent, quarum duacie arbores conuellant. Quosdam etiam singulis pedibus & adeo lati, ut ubi se defendi à calore uelint, resupinatis his totaliter inumbrentur. Sunt qui cerulibus carent, & in humeris habent oculos. Ed hec & similia partius sunt referenda, que de India memorantur, quoniam magna opus est fide ut proueris recipiantur, quum ne his quidem que penè oculis sunt admota fides niſi grauata adhibetur. In Caucaso Indiæ monte, ea fronte qua soli obuersus est, crescunt arbores piperis, quas adiuni peri sumitatem fructus suos ædere scriptores tradunt. Inter Indos Bragmannæ gens fuit, que pura & simplici uitâ uiuit, nullis rerum illecebris capi-

tur, niſi appetit amplius quam ratio naturæ flagitat. Facilis huic alimonia, non quam luxuriaz sagacitas per omnia eleminta perquirit, sed quam tellus ferro inuolata producit. Hinc est quod genera morborum nec nomina numerat diuersa, sed diurna salute perficitur. Una genti lex est, Contra ius non ire nature. Sole calefacit, tore humectatur, sitim riuo friggit, thorum ministrat humor, somnum sollicitudo non rumpit. In extruendis domibus igne faxa non soluit: quin potius in defoſis telluris speluncis aut concavis montium latibris habitat, nullos ibi uentorum fremitus, nullius turbinis tempeſtate formidat. Tutius se ab limbre defendere speluncam arbitratur quam tegulam, cuius geminus est uetus, dum uiuit manſonis, sepulturæ quando moritur. Nullus ibi preciosus amictus, sed membra papyri tegmine uelatur. Feminae non ornantur ut placeant, nec sciunt plus affectare pulchritudinem quam nactæ sunt. Ad concubitum non admonet libido, sed sobolis amor. Nemo extruit instar templorum sepulchra defunctis, nec in gemmatis urnis funera combusta recondit. Pestem aut alios corporis morbos Bragmanni non patiuntur, quia foedis actibus cælum non temerant, sed semel apud eos tenet naturam temporibus concordiam. Medicina remedium parsimonia est, que non solum illapsos potest curare dolores, sed etiam procurare ne ueniant. Quoniam Indorū gentes multæ sunt, diuerſe et forma et lingua propter latissimam regionis tractum, non eisdem omnes uiuunt moribus. Eorum qui auroram spectant, ali rei pecuariz dediti sunt, alij non. Alij in palustribus fluminibus habitantes, crudis uescuntur piscibus, alij sunt pecuarij, qui crudis uescuntur carnibus. Sunt alij qui nullum interficiunt animans, nec ferunt, nec domos parat, sed habent semen quoddam instar milii sua sponte crescentes terra, qd cum ipso folliculo lectum coquunt, eduntq;

## Taprobanā.

**T**aprobanā insula, quā hodie Sumatram vocant, habet homines corpore cæteris grandiores, rutulis comis, ceruleis oculis, trucioris soni, nullo lingue commertio genti alteri sociantur. Aetas illius prolixa, ut mature pereat, qui centenarij moritur. Eius pars, ut Solinus inquit, bestijs & elephantibus repleta est. Ibi mare adeò altum, ut nullæ anchoræ ad imam possint peruenire. Margaritas legit plurimas & maximas ex conchis in quibus in-

veniuntur. Ceteri ibi inueniuntur passim per littora uagates, quæ in mari rubro primum educata illuc se ingerunt. Animalia sunt monstrosa & tantæ magnitudinis, ut colles quidam littoribus adiecti videantur, quorum dorsum longo spinarum tractu exasperatur. Inestimata sunt ambulantibus in littore, ut nemo facile ex eorum fauibus effugere possit, si uisus ab eis fuerit. Habet tantos hiatus, ut saxe nauem cum hominibus deglutiatur.

FINIS.

BASILEÆ PER HENRICHVM PETRVM  
MENSE AVGVSTO, AN. M. D. XLV.

Сицилийский король Сигизмунд, вспомнив о своем обещании, послал венецианцам золото и серебро, а также зерно и сено. Но венецианцы не хотели отдавать землю, и Сигизмунд, чтобы убедить их, послал венецианцам золото и серебро, а также зерно и сено. Но венецианцы не хотели отдавать землю, и Сигизмунд, чтобы убедить их, послал венецианцам золото и серебро, а также зерно и сено. Но венецианцы не хотели отдавать землю, и Сигизмунд, чтобы убедить их, послал венецианцам золото и серебро, а также зерно и сено.

Сицилийский король Сигизмунд, вспомнив о своем обещании, послал венецианцам золото и серебро, а также зерно и сено. Но венецианцы не хотели отдавать землю, и Сигизмунд, чтобы убедить их, послал венецианцам золото и серебро, а также зерно и сено. Но венецианцы не хотели отдавать землю, и Сигизмунд, чтобы убедить их, послал венецианцам золото и серебро, а также зерно и сено. Но венецианцы не хотели отдавать землю, и Сигизмунд, чтобы убедить их, послал венецианцам золото и серебро, а также зерно и сено.

